

Refutatur. 1.

In creatis verbum non est genitum, sed productum.

Secundo.

In Deo Verbum non significat intelligentem productum, sed representatiuum quid.

Tertio.

In diuinis Verbum in suo conceptu intelligentem non claudit speciatim.

14. Distinctione inter intelligentem & verbum esse formalem ex natura rei, probabilis opinio Victoria, &

qui non genitus est, sed spiratus. Non tamen aduertunt, responsionem coaptatam ad libitum rebus diuinis, non posse constare cum rebus creatis comparatam; nam verbum creatum non est genitum, sed procedens & productum: quo eodem conceptu, scilicet intellectio producta, poterit attribui Spiritui Sancto; ergo exacta loquutione Spiritus Sanctus erit verbum, non quidem genitum, sed productum; sicut & in nobis verbum proprie est quod non est genitum, sed productum, quod non concordat cum orthodoxa doctrina. Præterea intellectio nomine abstracto significata, & conceptu abstracto, non procedit, quia essentia non gignitur, ut hoc libro docebimus: nomen autem concretum deriuatum ab intellectu est intelligens; quod nomen nulla ratione est magis proprium Filij, quam Spiritus Sancti; Filium enim, quatenus est Verbum, cogitamus non quasi intelligentem, sed quasi representantem, quod est proprium non cognoscentis, sed imaginis cognita; ergo neque in nobis verbum est cognitio, sed imago obiecta cognitioni; neque in Deo verbum significat intellectionem procedentem, hoc est, intelligentem productum; sed significat representatiuum quid, quod verbum dicimus nomine peculiari, & ratione formali distinguitur ab intellectione. Cui etiam rei consentit, quod verbum accipitur ex parte termini, ut processionis terminus, qui idem est terminus cognitionis, representans cognoscenti rem cognitam. Quamobrem existimamus in diuinis Verbum non solum distingui ab intellectione, sed neque illam suo conceptu claudere speciatim, nisi ut & alia attributa: quia verbum non significat diuinam essentiam, ut intelligentem, sed ut representantem, quod postea luculentius ostendemus. At verò in rebus creatis, quæ conceptu analogo conueniunt cum diuinis, verbum & intellectio differunt ratione formali, & definitione; atque adeò ex natura rei, siue reali distinctione: quæcunque enim creata differunt definitione & formaliter, differunt re ipsa.

Quod autem pertinet ad genus distinctionis, nonnulli opinantur intellectio nem distingui à verbo formaliter ex natura rei, cum sapientissimis magistris Frãcisc. Victoria, & Dom. Soto, quos refert

A Bañes 1. p. q. 27. art. 1. eò quod sic se habeat intellectio ad verbum, sicut calefactio ad calorem, quæ formaliter distinguuntur; ergo etiam intellectio & verbum. Sed assumptum est falsum; calefactio enim est quædam mutatio, imperfectum ens, & sola via, seu progressus ad ens perfectum, scilicet ad calorem: intellectio autem est operatio perfectissima, & nobilissima; non ergo sic se habet ad verbum, ut sola effectio, seu formatio verbi. Et a seipsum idem ostenditur; nam efficere verbum non est intelligere, sicut effingere imaginem non est per imaginem speculari; sed hæc sunt distincta; nam & Deus efficit verbum in me, quo non intelligit; vel ergo dicendum quod per intellectionem non producit verbum, ut Ioannes Scotus credit: vel omnino dicendum est quod intellectio non sit sola productio verbi, sed operatio speculatiua intellectum perficiens.

B Ex perfectione autem entis vtriusque scilicet, intellectionis, & verbi; quia neutrum videtur esse alterius augmentum, sed seorsum consistere: existimamus distinguuntur non solum formaliter, sed reali distinctione absolute & simpliciter, iuxta ea quæ lib. 1. præscripta relinquimus; quæ tamè in re facile cedimus, si distinctionem formalem tuearis; parum enim interest rei Theologæ. Nos tamè distinctionem absolute reale esse credimus cum Tho. Caiet. q. 27. art. 1. dub. 4. & Franc. Ferrar. 4. contra gent. cap. 53. & Ioan. Capreol. d. 27. q. 2. Bartholom. Torres 1. p. q. 27. art. 1. & alijs. Imò videtur ea esse sententia S. Thomæ de Veritate q. 4. art. 2. vbi ait verbum esse effectum actus intelligendis effectus autem absolute sic dictus in genere causæ efficientis, est res absolute distincta à sua causa.

C Confirmatio. Sententijs Patrum, Doctorumque firmatur hac doctrina. Et imprimis ea est sententia Sancti Thomæ, cuius est maxima auctoritas in rebus ad religionem spectantibus, in 1. d. 27. q. 2. art. 2. manifestè distinguit inter intellectionem, & speciem intellectam, quæ est expressa species. Et ibidem docet quod vtraque, scilicet intellectione, & specie intellecta intelligimus: quare non dubium est quin speciem intellectam dicat ipsam speciem expressam; quam etiam aliàs vocat conceptionem intellectam, & verbum.

Soti apud Bañes. Fundamentum.

Conuellit. Pro Scoto.

Intellectio non est sola productio verbi. Ostenditur.

Scotus.

Vera sententia ait esse absolute realem. Probatur ex perfectione vtriusque.

Caiet. Ferrar. Capreol. Torres. S. Thomæ.

16. Confirm. ex S. Thomæ.

Primus locus.

Hic locus quid asserat.

T

bum. Ait ergo verbum esse vel intelle-
ctionem, vel speciem intellectam: cum
ergo præter intellectionem ponat S. Tho-
mas speciem intellectam, non dubium
est verbum esse ipsam speciem intellectu-
am ab intellectu distinctam. Hæc autem
placuit explicare, quia falsò existimatur
eo loco S. Thom. sensisse verbū esse ipsā
intellectionem. Clariùs autem S. Doctor
veritatem aperit, mentemque exponit
de Potentia q. 8. artic. 1. cuius hæc sunt
verba, *Intelligens intelligēdo ad quatuor
potest habere ordinem, scilicet ad rem,
qua intelligitur; ad speciem intelligibilem
qua fit intellectus in actu; ad suum in-
telligere; & ad conceptionem intellectus.
Quæ quidem conceptio à tribus prædi-
ctis differt.* Conceptionem autem intel-
lectus esse verbum ipsum nullus ambi-
git. Est ergo verbum res quarta distincta
ab illis tribus, scilicet à re intellecta, &
specie intelligibili, & intellectu. Item
de Veritate q. 4. artic. 2. ait verbum esse
id ad quod operatio intellectus termi-
natur, ipsumque dici conceptionem intel-
lectus, & esse effectum actus intelligē-
di: distinguitur ergo verbum ab actu in-
telligendi, siue ab intellectu ut termi-
nus, & effectus operationis. Idem docet
1. contra gent. cap. 53. scilicet verbum
esse terminū intelligibilis operationis.
Quòd autem operatio intelligibilis sit
ipsum intelligere docet S. Doctor 1. p.
q. 27. artic. 1. *In intellectu, cuius actio, sci-
licet intelligere, manet in intelligente.*
Est ergo verbum ab actu intelligendi
distinctum. Denique ibidem planè affir-
mat verbum procedere ex intellectu,
his verbis, *Quicumq; autem intelligit ex
hoc ipso quòd intelligit, procedit aliquid
intra ipsum, quòd est conceptio rei intel-
lecta ex vi intellectiva proveniens, &
ex eius notitia procedens.* Est ergo con-
ceptio intellecta, seu verbum (quæ syno-
nima sunt) res procedens ex notitia, siue
ex intellectu; nam & hæc ibi synoni-
ma sunt. Quòd si verbum ex intellectu
procedit, necesse est ea esse distincta.
Et idem asserit S. Thom. 1. p. q. 93. ar. 7.
cuius verba sunt hæc, *Attenditur ima-
go Trinitatis in mente secundum actus,
prout scilicet ex notitia, quam habemus
cogitādo interius verbum formamus.* Et
idem docet 1. contra gentes cap. 35. &
lib. 4. cap. 11. & de Veritate q. 4. artic. 1. &
in 1. d. 27. q. 2. & Opuscul. 14. & 53. Neq;

A verò contraria his docet S. Thomas de
Potentia q. 8. art. 1. ubi ait verbū distin-
gui ab intellectu, quia cōsideratur ut
terminus: non, inquā, docet verbū distin-
gui, quia consideratur, quasi sola confide-
ratio distinguat; sed ostendit verbū esse
distinctum, quia est realis terminus intel-
lectionis, & quia hoc cōsideramus quod
in re est, dicimus verè distingui non sola
ratione, aut consideratione, sed re ipsa;
quia omnē terminū distingui ab actione
necesse est. Quare quod S. Thomas ait
1. p. q. 34. artic. 1. ad 3. intellectuonem esse
quandā informationem intellectus, mi-
nimè comprobatur intellectuonem esse ip-
sum verbum, sed esse actum perfecti, ut
elucidabimus postea: nam intelligere
non solum est operari, sed est quoddam
esse perfectum; est enim intellectio actus
perfecti.

Accedit auctoritas S. August. qui etsi
de hac re obscuriùs disputauerit, tamen
ex verbis eius eadē sentētia nō obscurè
colligitur. Primò autem quod attinet ad
res divinas apertè docet verbū esse quid
personale, nō essentiale. 7. de Trinit. c. 2.
*Verbū enim relatiuè, sapiētia verò essen-
tialitèr intelligitur.* Et inferiùs, *Nō hoc
est esse, quòd verbū esse.* Deo enim idē est
esse, & sapiētē esse, sed verbū esse nō est
idē; nam esse est essentia, verbū persona.
Et hæc est cōmunis vsurpatio Patrū, ut
hoc eodem libro postea ostendemus. At
verò lib. 9. c. 7. docet nos gignere verbū
dicendo; dicere autē in mēte est intelli-
gere: intelligēdo itaq; verbū gignimus;
sed nō gignimus verbū verbo; ergo intel-
ligere est aliud à verbo. Et cap. 11. de no-
titia sic ait, *Imago & verbum est, quia de
illa, scilicet notitia, exprimitur, cum cog-
noscēdo eidē coaquatur,* ubi docet cog-
nitionē coequari notitiæ, seu verbo; distin-
cta ergo sunt quæ coequantur. Quòd au-
tē hæc sit germana explicatio constat ex
consequētibus; docet enim esse perfectū
verbum, quando id est in verbo, quod est
in scientia rei. Et c. 13. ait *Verbū diuinū
esse perfectissimum, quia est in Verbo
quicquid est in Patre dicēte: cōparat er-
go cognitionem, & coequat cum verbo
quasi distincta.* Hoc autem dilucidiùs
ostendunt verba alia Sancti Augustini
libro eodem, ait enim cap. 11. & 13.
verbum nostrum gigni de scientia, quæ
manet in animo; ne autem per scien-
tiam intelligas memoriam, ut quidam
inter-

Alia loca
S. Thomæ
explicantur.
Primus.

Secundus.

17.

Confirm. ex
S. August.

Primus locus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Quintus.

Rade con-
trouersia. 7.

inter-

Pro Scoto
perperam ad-
ducitur.

Secundus lo-
cus clarior.

Tertius.

Quartus.

Quintus.

Sextus.

Septimus, &c.

Interpretatio
Reiellitur.

Obijcitur lo-
cus pro inter-
pretatione.

Respond.

Locus 6.

Septimus.

Ratio
S. Aug.

S. Thom.
18.
S. August.
locus 8.

Comentarius
aduersarius.

Refellitur.

interpretantur, subdit exemplum de vi-
sione cogitationis, & visione scientiæ:
non ergo de memoria loquitur, sed de
actu intellectus, quem dicit visionem
scientiæ: quod si verbum nascitur de
actu intellectus, est sanè ab eo res distin-
cta. Verum est quod lib. 15. cap. 26. cum
dixisset verbum nostrum esse de scientia
nostra, subiicit. *De scientia nostra, in-
quam, memorabili.* Quod potest exponi
de scientia memoratiua quæ est ipsa me-
moria; vel de scientia quæ à memoria
proficiscitur: nam & nos concedimus
verbum ab vtraque scientia procedere;
quare de altera & altera diuersis in locis
potuit S. August. loqui. At verò cap. 15.
manifestè indicat cogitationis & verbi
discrimen his verbis, *Quomodo est ver-
bum quod nondum in cogitationis visio-
ne formatum est?* videlicet quia natura
verbi hæc est, vt in visione cogitationis
formetur. Visionem vocat ipsum actum
intellectus quo formalitèr videmus quæ
sunt in verbo, vt in imagine; est ergo vi-
sio ab imagine distincta, vt ratio ipsa
persuadet. Probatur adhuc ex lib. 14.
cap. 7. vbi S. Augustin. affirmat verbum
non posse esse sine cogitatione; si enim
hæc omninò essent idè, ineptè asserere-
tur non posse vnum esse sine altero. Cu-
ius veritatis rationem subiicit S. Augu-
stinus, *Cogitamus enim omne quod dici-
mus etiam illo interiori verbo;* aliud er-
go est cogitare, & aliud verbum quo co-
gitamus. Et hunc locum affert S. Thom.
1. p. q. 34. art. 1. His adde verba S. Augustini lib. 15.
de Trinitate cap. 15. *Verbum nostrum in-
timum, nisi nostra cogitatione non dici-
tur.* Ergo cogitatio qua verbum dicitur
est à verbo distincta. Quidam tamen cõ-
mentarius profertur ab aduersarijs; nè-
pè S. August. cogitationem accepisse pro
imperfecta notitia inquirete, cuius par-
tus est verbum. Nos verò fatemur S. Au-
gustinum accipere verbum pro imagine
perfecta, quæ ex inquisitione cogitantis
oritur, quasi partus; hoc enim dici partum
quasi repertum ab inquirente. Sed cum
S. August. affirmet verbum cogitatione
dici, non solùm produci affirmavit de
inquisitione cogitantis, sed ipsa cogita-
tione dici, hoc est, proferrì: quod non po-
test intelligi de cogitatione antecedenti
imperfecta, sed de ipso actu intelligendi
perfecto, quo profertur verbum; aliàs

A vnum verbum dicitur verbo alio, quod
non est rationi consentaneum: verbum
enim de verbo præcedenti quodammodo
oriri confitebimur; sed verbum dici
verbo, falsum est & inauditum: ergo cū
S. August. ait cogitatione dici verbum,
non intelligit verbo alio verbum dici,
sed actu intelligendi, vt nos docemus
proferrì verbum.

B Si verò obijcias ex eodem S. August.
de cognitione veræ vitæ cap. 14. & 16.
quod cogitationem ait esse verbum. Et
11. de Trinitate cap. 12. & 14. & 14. de
Trinitate cap. 17. & lib. 15. cap. 15. &
16. testis S. August. idem dicentem:
C & eodem lib. cap. 10. asserentem ver-
bum esse cogitationem formatam. Scias
oportet hæc nomina à verbis ducta, quæ
operationem significant, sæpè accipi pro
termino operationis, vt cogitatio, con-
ceptio, notitia; hæc enim aliquandò sig-
nificant ipsum actum, seu operationem
intellectus: aliquandò verò terminum
operationis, quod est verbum. Et idè
S. August. loco recitato vocat cogitatio-
nem formatam quasi effectam, quæ est
imago, & forma procedens ab actu in-
telligendi. Et notitiam aliquando vocat
verbum: aliquandò verò actum intelli-
gendi à verbo distinctum; sic enim ne-
cesse est explicetur cum ait 15. de Tri-
nitate cap. 11. *Quando ergo quod in no-
titia est, hoc est in verbo, tunc est verum
verbum,* id est, quãdo notitia quæ est rei
cognitio adæquatur verbo, verum est ver-
bum; nam aliàs ineptè repeteret syno-
nima, vt sit sensus quando id quod est in
verbo, hoc est in verbo: consentit enim
hic locus cum altero, què superius enar-
rauimus. Hic ergo esto cõmentarius S.
Augustini pluribus in locis, quæ modò
recitauimus; & sermone de natiuitate
Ioannis Baptistæ, vbi ait, *Vox index est
cogitationis, verbum verò ipsa cogitatio.*
D Et S. Basilus Ioan. 1. ait verbum esse cog-
nitionem. Et S. Irenæus lib. 2. aduersus
hæreses, hæresi 48. Eadem interpretatio-
ne hæc omnia enodatur, vt intelligamus
nomen verbale poni pro termino ope-
rationis non pro ipsa operatione. Atque
ita fortè & alios Doctores licebit inter-
pretari, qui intellectum à verbo dis-
cernere non videntur, fortè verbis S.
Augustin. adherentes, scilicet Albert.

S. August.
Mag. Alex. Alès.
S. Bonauet.
T 2 eiusdem

Verbū de ver-
bo præcedenti
quodammodo
oritur.
Sed non dici-
tur illo.

19.
Obijc. ex eodè
S. August.

Respons.
Nomen ver-
bale aliquandò
ponitur pro
termino ope-
rationis.
Ostenditur.

S. August.

Idem
explicandus.
S. Basil.
S. Irenæus.

Alb. Mag.
Alex. Alès.
S. Bonauet.

eiusdem distinctionis q. 2. & 4. Nam & hi intellectioem siue notitiam pro termino intelligendi accipiunt, non pro ipso intelligendi actu.

20.
S. Thomas sic explicat S. Damasc.

Similiter explicat S. Thomas de Veritate q. 4. artic. 1. ad 1. id quod ait S. Ioannes Damascenus libr. 1. fidei Orthodox. cap. 18. verbum esse motionem mentis, *Accipitur, inquit, motus pro eo ad quod motus terminatur, id est, operatio pro operato.* Quod autem is sit genuinus commentarius, liquet ex verbis Damasceni consequentibus, *Verbum est naturalis mentis motio secundum quam mouetur, intelligit, & cogitat, veluti lux ipsius existens, atq; splendor:* sicut igitur lux non est ipse noster aspectus, sed est id quo cetera aspiciunt; ita & verbum non est actus intelligendi, sed est in quo res intelligimus. Verum est quod S. Anselmus parum discernit inter intellectioem, & verbum, quia ponit vtrumque essentiali, & perobscure rem hanc disputat, Monolog. cap. 31. & 46. vt inferius expendemus. Commonstrandum enim est quod verbum in Deo nullo modo sit quid essentiali, sed personale. Vide Paulum Soncin. 9. Metaph. q. 21. & Iauellum q. 7. prater Thom. Caietanum, & Francisc. Ferrar. in commentarijs.

Contra Soncin. Iauellus. Caiet. Ferrar.

21.

Hæc verò adeò longa disputatione tractauimus, quia credimus maximè interesse ad diuinam processionem declarandam, vt inter intellectioem & verbum, ponamus discrimen.

TERTIA PARS.

Amor distinguitur à dilectione rei ipsa.

1.

DE amore, vt est terminus dilectionis, leuis atque exigua est nobis coniectura; cum enim non accidat quidpiam velle, nisi quod est in intellectu, voluntas autem non sit coniuncta intellectui humano secundum esse intelligibile, nisi quatenus intellectioem causa mouens est, aut per ipsam intellectioem dirigitur; euenit vt non cognoscatur voluntas à nobis nisi per actum reflexum, quoad hoc quod experimur voluntate nos impelli quò volumus, & voluntate etiam ratione allici, ac dirigi. Quoniam autem ad hanc notitiam voluntatis satis est ipsum actum experiri; consequens est quod hac via demonstrari non possit,

Experimur actum voluntatis, non terminum.

A quod præter actum voluntatis procedat amor vt terminus. Hæc igitur processio sicut est occulta, ita & sine nomine proprio, vt S. Thomas ait q. 37. artic. 1. Amor enim significat apud plerosque ipsum actum dilectionis, & non quidpiam procedens per actum: licet ad hoc opus sit nomen dilatari, vt significet etiam amorem procedentem, vt terminum dilectionis. Et ita amor est nomen æquiuocum, significans operationem, & terminum.

S. Thom.

Amor apud plerosque est nomen actus, non termini.

2.

Quamobrem in hac questione alij negant, alij aiunt; eò quod nullo firmo argumento probetur altera pars questionis.

B Neque verò, qui negant ratione quauis id confirmant. Qui verò aiunt ad exemplar, scilicet ad diuinum amorem, nostrum reuocant: sicut enim Spiritus Sanctus est amor personalis procedens per dilectionem ipsam essentiali; ita & in nobis admittenda est processio amoris præter ipsam dilectionem; cum ipsa processionis intellectus, & voluntatis nostræ sint quædam imago diuinarum processionum elegantissima. Sed videtur ratio arguendi inuerti, si duntaxat per diuina,

Pro termino prima ratio à diuino amore ad humanum.

C quæ sunt obscura, & occulta, res humanas inuestigemus. Alij probant esse in nobis processionem amoris, eò quod per omnem actionem etiam immanentem procedat aliquid; ergo per dilectionem procedit amor. Sed antecedens est falsum, vt cap. sequenti dicemus. Nec verò minùs falluntur, qui dicunt se experiri dum diligunt, quod relinquitur in eorum voluntate quidam affectus, & propensio ad rem dilectam; quem existimant esse amorem dilectione productum vt terminum eius. Id enim quod relinquitur in potentia est habitus, terminus autem operationis immanentis cessat simul cum ipsa operatione; non enim est verbum sine intellectioem, neque sine dilectione amor: vtrumque enim est actus, & operatio siue intelligendi, siue diligendi, & vtriusque operationis terminus ab illa pendet, ab eademque conseruatur vt lux à sole.

Inuertit ordinem arguendi.

2. ratio rejicitur.

3. ratio refellitur.

Ducendum est ergo argumentum à processione verbi ad processionem amoris, quod facit S. Thom. q. 27. artic. 3. & q. 37. artic. 1. sicut enim per intellectioem, inquit, verbum producit, ita & per dilectionem amor. Estq; argumentum ab exemplo latius postea explicando; sicut enim intellectus per speciem intelligibilem

Cessante actu, cessat terminus relinquitur habitus.

3.

Vera ratio.

S. Thom.

bilem

Intellectus ex
it in actum
secundum, ex-
primendo ver-
bum.
Voluntas, pro-
ducendo incli-
nationem, &
imperium in re
amatam.

4.
Necessitas cre-
ati amoris à
dilectione di-
stincti, ad diui-
num explican-
dum.

bilem est in actu primo, & non potest
exire in actum secundum, nisi exprimat
verbum; ita voluntas per cognitionem
boni est quasi in actu primo, & non po-
test exire in actum dilectionis, nisi pro-
ducatur amorem, qui est inclinatio quædã
in rem dilectam. Et sicut necesse est po-
nere in intellectu in actu secundo ex-
pressam similitudinem rei cognitæ, quæ
est terminus operationis; ita & in volun-
tate inclinationem, & impetum in rem
amatam, tanquam proprium terminum
dilectionis, ut docebimus.

Verum est hoc etiam animaduerten-
dum, quod nisi concedamus, præter vo-
luntatis operationem, terminum proce-
dentem, quem dicimus amorem; non
possumus rectè explicare processionem
Spiritus Sancti: quod de verbo simili-
tèr notauimus. Si enim à voluntate ni-
hil aliud dimanet, nisi sola operatio; cum
operatio voluntatis sit essentialis in Deo;
nihil poterit in rebus creatis designari,
quod à voluntate dimanet, ita ut tradu-
ctum ad diuina sit nomen personale.
Imò neque ratio apta poterit proponi,
quare à diuina voluntate dimanet Spi-
ritus Sanctus, si nihil in voluntate nostra
præter operationem inuenimus. Nam
etsi respondeas diuinam voluntatem esse
infinite; ideòque ab ea Spiritum
Sanctum dimanare. Vera quidem respò-
des. Sed cum id quod à voluntate pro-
cedit ad eam etiam pertineat, hoc ip-
sum quaritur, quæ res ea sit, quæ à vo-
luntate dimanet? & quo nomine appel-
landa? Confugiendum sanè est ad com-
munem responsionem, res esse diuinas
& occultas. Et deindè oportet, quod
modestum videri potest, ignoracionem
fateri. Cum ergo proponatur accommo-
datum exemplum in rebus nostris, sci-
licèt, quod etiam in nobis à voluntate,
præter dilectionem, procedat amor: sum-
mo studio, & diligentia prosequendum
istud est, ac declarandum. Ut verò ex-
plicauerimus, quid rei sit hic amor? &
qua necessitate à voluntate effluat? ipsa
explicatio veritatem non nihil persuade-
bit, quod per dilectionem nostram pro-
cedat etiam amor, distinctus à dilectio-
ne.

5.
Fateor tamen quod processio hæc a-
moris, qui in nobis est, si argumento
Theologo utamur, non adeò certa est si-
cut processio verbi: cum enim verbum

A fit proprium nomen personæ, necesse est
ut propriè significet aliquid personale.
At verò amor non est proprium nomen
Spiritus Sancti; tametsi iuxta veram no-
minis explicationem à S. Thoma tradi-
tam, quod amor est etiam res per dile-
ctionem procedens, negari non possit
quin Spiritus Sanctus sit etiã amor pro-
priè, hac nominis significatione. Sed hoc
nomen, amor, non est inditum, aut a sig-
natum diuinæ personæ; quare posset abs-
que errore negari hæc nominis explica-
tio, quod amor sit res procedens per di-
lectionem, & quod amor propriè sit, quid
personale, quod de verbo negari nõ po-
test, ut postea docebimus cap. 13. Sed
profectò maximè quadrat diuinæ pro-
cessioni quæ est per dilectionem, ut cõ-
cedamus terminum dilectionis esse amo-
rem; ideòque maximè propriè Spiritum
Sanctum dici amorem procedentem, &
hoc nomen sic explicatum esse persona-
le.

Reliquum erat, ut cap. posteriori ar-
gumenta proponeremus contra ea, quæ
in vna & altera parte huius capituli sunt
asserta; quibusdam enim non placent.
Sed eorum argumenta omnia vel pro-
bant per operationem immanentem ni-
hil produci, quod cap. sequenti disputa-
bimus: vel probant etiam necessarium
minimè esse, ut hos terminos operatio-
nibus addamus; de qua necessitate im-
mediatè etiam disputationem suscipie-
mus. At verò hoc loco constitutum esse
optamus verbum esse aliquatèr distin-
ctum ab intellectu, & dilectionem ab
amore; eò quod hæc veritas ad diuinas
processiones declarandas per necessaria
sit.

Confirmatio.

C Onfirmant nostram sententiam ij
qui aiunt per actum dilectionis pro-
duci terminum, sicut per actum intelle-
ctionis verbum producitur. Quo fit ut
sit in nobis amor res quoquo modo dis-
tincta ab actu dilectionis. Cuius sen-
tentia Auctor est S. Thomas 1. p. q. 27.
artic. 3. & quest. 37. artic. 1. & de Potentia
q. 10. art. 2. Illum consequitur Tho-
mas Caietan. eo loco. 1. part. Francisc.
Ferrari. 4. contra gent. cap. 19. Ioan. Ca-
preol. in 1. d. 11. q. 1. & d. 27. q. 2. Bar-
tholom. Torres q. 27. de Trinit. artic. 1.
dub. 5. & alij.

Verbum est
proprium no-
men personæ.

Vera explica-
tio amoris
tradita à
S. Thoma.

Possit absque
errore negari.

Item quod a-
mor propriè
sit quid perso-
nale.

6.

7.

S. Thom.

Caiet.
Ferrari.
Capreol.
Torres.

CAPVT II.

Verbum procedit per intellectiōem, & per dilectiōem amor.

I. **D**eclarandum iam est quomodo procedat verbum per intellectiōem, & per dilectiōem amor. Caput habet partes sex.

Prima pars. *Actiōes immanentes non sunt passiōes, sed actiōes.*

Secunda. *Actiōes immanentes non sunt qualitates, sed actiōes.*

Tertia. *Per aliquas actiōes immanentes producit terminus.*

Quarta. *Non producit terminus per omnem actiōem immanentem.*

Quinta. *Per intellectiōem producit verbum, & per dilectiōem amor.*

Sexta. *Intellectiō qua verbum producit, essentialiter est ipsius verbi productiō.*

PRIMA PARS.

Actiōes immanentes non sunt passiōes, sed actiōes.

I. **I**lli qui negant intellectiōem, & dilectiōem esse veras actiōes eius potētiae in qua sunt, sed passiōes esse aiūt; putant niti se auctoritate Aristotelis. 9. *Ex Aristot. Metaphys. tex. 2. vbi ait, Potentiā acti- uam esse principiū transmutationis passiuā ab alio in quantum aliud. Et 5. Metaphys. cap. 11. tex. 17. eadem affirmat. Vnde de promptum illud proloquiū. 7. & 8. Physicorum. Omne quod mouetur, ab alio mouetur. Est ergo in alio potentia actiua, & in alio passiuā: ergo in intellectu in quo est potentia passiuā recipiendi intellectiōem, non est potentia actiua efficiendi illam. Et ita intelligere est quoddam pati, vt docet Aristotel. 3. de anima tex. 22. expressis verbis: ergo intellectiō nō est actiō intellectus, sed passio; & dilectiō similiter ob eandem rationem, quia in voluntate est potentia passiuā recipiendi dilectiōem; ergo in ea non est potentia actiua efficiendi ipsam dilectiōem. Quod si intellectiō non est actus intellectus, non procedit sanē verbum de intellectu per intellectiōem, de qua re est praecipua disceptatio.*

At verò pro ista opinione est id argumentum quod in theorema iam venit, quod idem secundum idem, non potest

A esse agens, & passum, & simul in actu, & in potentia passiuā. Et explicatur hoc idem, quia agentis est dare, & patientis accipere: quod autem quis dat iam habet, quod verò accipit nō habet adhuc; ergo tam est impossibile, vt res quēpiam in se ipsa aliquid agat, quā vt sibi ipsi det aliquid. Hinc argumentum conficitur; nam intellectus absque dubio est patiens recipiens in se intellectiōem; ergo non est agēs, quod ipsam intellectiōem efficiat; non est igitur intellectiō vera actiō intellectus, sed tantummodò passio.

B Propter hoc aliquorū est opinio apud Ioan. Scot. d. 27. q. 3. primam intellectiōem non produci ab intellectu, sed ab specie, & obiecto; secundam verò produci ab intellectu, quia intellectus ipse praeditus prima intellectiōe est agens, patiens verò est nudus intellectus: quare saltē prima intellectiō non est actiō intellectus, neq; per illam procedit verbum de intellectu. Et de dilectiōe dicendum similiter.

C Hac in quaestione communis est opinio contraria, asseritque necesse esse, vt agens a passio aliquatenus re ipsa distinctum sit. Ita sentit Ioan. Capreol. in 1. d. 3. q. 3. Aegid. Roman. quodlib. 3. q. 16. & quodlib. 15. q. 15. & Francisc. Ferrar. 1. contra gent. cap. 23. & Paul. Soncin. 9. Metaphys. q. 10. 11. & 13.

D Et quidem de intellectiōe facile est doctrinam istam tueri; quia ad illam concurrat intellectus formatus specie intelligibili, & ita formatus est agens; passum verò est nudus intellectus, vt liquet: species enim intelligibilis nō concurrat in genere causae materialis ad recipiendā intellectiōem, sed ad illam producendam, in genere causae efficientis. Et in potentia sentiēdi idem inuenitur. Quare quod intelligere formaliter sit pati, nulla argumenti vis persuadet, neque est verosimilis opinio. Est autem Aristoteles interpretandus in sensu causali, qui est communis cōmētarius; intelligere est quoddam pati, hoc est, accidit intelligere per hoc quod intellectus possibilis recipit speciem impressam ab intellectu agente, a quo vt sic patitur; intellectiōem verò ipse intellectus possibilis producit.

Tota difficultas est de actu appetitus. Quidam dicunt actum appetitus produci ab intellectu, & voluntate simul: quare

3. Opinio quorundam apud Scotum.

4. Cōmunis opinio contraria.

Capreol. Aegid. Ferrar. Soncin.

5. De intellectiōe ostenditur.

Tertius locus Aristotel. explicatur.

6. De actu appetitus opinio. 1.

2. Argumentū a ratione.

Reijcitur sal-
tè quoad li-
berum.

7.
2. opinio
Deo quasi ge-
nerati tribuit
naturalem di-
lectionis mo-
tum ad finem.

Caiet.
Ferrar.
Capreol.
Egid.
S. Thom.
alibi explicā-
di.

Refutatur. 1.

Refutatur. 2.

Simplex a-
mor naturalis
nō est motus
ad finem, sed
antecedit.

Ostenditur.

8.
2. opinionis
sensus.

rè agens est intellectus & voluntas, pas-
sum verò sola voluntas. Sed quòd intel-
lectus producat in volūtate actum etiā
liberum, existimamus esse falsum, vt po-
stèa disputabimus. Quare saltè de actu
libero voluntatis manet eadem quæstio.

Hūc pertinet aliorum responſio, qui
aiunt motum ad finem deriuari à Deo,
vt ab Auctore naturæ, quasi operationē
consequentem naturam, vt motus deor-
sum in lapide: quare agens non est vo-
luntas sola, sed Deus vt Auctor naturæ
cum voluntate simul; posito autem mo-
tu ad finem; voluntas cum illo motu est
agens actionis liberæ, passum verò nuda
voluntas. Quòd autem intentio finis sit
quasi actio generantis docet Thom. Cai-
et. 1. 2. q. 9. art. 4. & Francisc. Ferrar. 3.
contra gent. cap. 89. & Ioānes Capreol.
in 2. d. 25. cum Egidio q. 5. & in illo lo-
co contra gentes S. Thomas videtur id
indicare, quòd apertius docet 2. 2. q. 9.
art. 4. Sed de intelligentia istius asserti,
aliàs erit nobis disputandum. Quòd ve-
rò ad rem est, cum dilectio naturalis ad
finem pertinens, sit actio vitalis produ-
cta à potentia, eamque propriè denomi-
nans, non potest tribui Deo, quasi actio
generantis; aliàs etiam calefactio quæ
ignis calefacit aquam, eodem pacto erit
tribuenda Deo specialitèr, quia est actio
naturalis: Illa ergo actio tribuitur agen-
ti naturali, quæ non potest esse illius sub-
iecti in quo est, quia illud non est agens,
sed passum, vt cum lapis descendit. Ac-
cedit quòd simplex amor non est motus
in finem; quia motus in finem respicit
quoque media; & simplex amor natura-
lis antecedit intentionem finis. De ipso
ergo amore quærimus à quo agente sit,
an à nuda voluntate?

Alijs ergo placet nullum interesse re
ipsa discrimen inter id quod est agens,
& passum. Neque verò disputamus nunc
de agente & passo prout sunt rationibus
formalibus distincta, siue de actione, &
passione, quòd idē est: has enim esse ex
natura rei distinctas pluribus placet: &
fortè sola ratione distinguuntur, vt libr.
3. dicemus. Hoc autem libr. 2. ostenden-
dum nobis est sine actione, & passione
actiones immanentes in nobis extare in
potentia à qua ducuntur. Quare de actio-
ne & passione modò non agimus, sed de
ipsa potentia producente, & recipiente
actionem immanentem. Sunt autem qui

A opinentur rem illam, quæ est agens à re
quæ est passum, nullo genere distinctio-
nis re ipsa discerni in actionibus imma-
nentibus; sed esse prorsus entitatem eā-
dem, vt aiunt, siue rem eandem, vt dica-
mus latinius. Itaque in dilectione agens
est nuda voluntas, passum est eadem nu-
da voluntas. Quòd autem voluntas agat
mota à fine, nihil addit voluntati quòd
sit vis actiua, sed est conditio agentis, fi-
cut quòd lignum admoueat igni. Ne-
que enim potest fingi quòd causa finalis,
quæ non mouet efficiendo, sed attrahē-
hendo, imprimat in voluntate aliquam
vim actiuam; nam illa vis addita, si est
res creata, est sanè effectus alicuius cau-
sæ effectricis, non verò causæ finalis. Et
nihil potest etiam aliunde fingi in volū-
tate additum ad hoc, vt illa diligat; ergo
voluntas nuda est quæ agit, & nuda pa-
titur. Nō est ergo necesse quòd in actio-
ne immanente agens & passum re ipsa
distincta sint. Ita opinatur Ioan. Scotus
in 1. d. 3. q. 7. & in 2. d. 2. q. 10. Et Gregor.
in 1. d. 6. q. 1. art. 3. & fauet Cōmentator
3. de Cælo com. 8. dicens idem posse à
se ipso pati actione æquiuoca, qualis sci-
licet est actio immanens.

Dicimus ad hæc primū, Aristotelem
posse benè explicari de actione physica,
cum distinguit potentiam actiuam, &
passiuam; loquitur enim de mutatione,
siue transmutatione, quæ est motus phy-
sicus; & de mouente & mobili, scilicet
motu physico; & non de actione imma-
nente.

Secundò dicimus in omni actione trās-
eunte id quoque verum esse, quòd agens
distinguitur à passo; idcirco enim est ac-
tio trāsiens, quia transit in aliud ab agē-
te distinctum. Sed hoc iam quæritur quid
causæ sit, vt actio trāsiens sit in passo
distincto, non verò actio immanens? Nā
si respōdeas, idcirco duntaxat dici trās-
euntem, quia transit in aliud subiectum,
quòd est passum; consequens est, vt actio
trāsiens non differat essentialitèr ab
immanente: sed erit ista distinctio quasi
subiecti in accidentia: sicut enim dici-
mus, candidorū aliud nix, aliud cygnus;
ita dicemus, actionum aliæ sunt in agen-
te, aliæ in passo; & ita in solo subiecto
distinguntur & materialitèr, non essen-
tialitèr & formalitèr; quòd falsum est.
Dicendū igitur est cum S. Thoma actio-
nem transeuntem esse mediā inter agēs

3. opinio.
Non est nece-
se in actione
immanente a-
gens, & passū
re ipsa esse di-
stincta.

Occurritur
obiectioni,

Scotus.
Gregor.
Comment.

9.
1. dictum.
Arist. 1. & 2.
loco supra,
intelligendus
de actione phy-
sica.

10.
2. dictum.

Maiores ratio
in actione im-
manente quæ-
ritur.
Prior refelli-
tur.

Posterior &
vera S. Tho-
mæ.

& passum, ita ut sit pura via unius ad aliud, & sic quaedam progressio extra agens: quare agens & passum tali actione, necesse est esse re ipsa distincta; actio vero immanens, ut dicemus, non est pura via ad aliud; quare neque est media inter agens, & passum, neque illa distinguit.

Actio immanens non est pura via, quare neque media, & distinguens.

11. dictum confectionarium proxima rationis.

12. dictum confectionarium.

13. Nullum agens, etiam actione immanente, est simpliciter agens & passum.

Convincitur argumentis supra. In actione immanenti non est vera passio & simpliciter, sed secundum quid, scilicet, passiva receptio.

14. Questio.

Verum agens possit esse idem in re ipsa simul agens, & subiectum actionis.

Tertio igitur colligimus nullam actionem quae est pura via, esse immanentem, quod parte 2. tractabitur. Hoc autem probatur, quia omnis actio quae est pura via, est medium inter agens & passum, & idcirco distinguit illa; & dicitur transiens, quia transit in aliud distinctum.

Quartum est consequens, Omne agens actione transeunte est distinctum a passio; quia illa actio non manet in agente. Et ita intellectus agens agit actione transeunte, quae transit in subiectum distinctum, scilicet in intellectum possibilem.

Superest tamen de actione immanente dicendum. Et illud primum statuimus, quod nullum agens, etiam actione immanente, est simpliciter agens & passum. Nam & hoc convincunt argumenta proposita: quare intellectus siue voluntas sunt simpliciter agentia, & secundum quid passiva, si cum sua actione conferantur quia earum actiones non sunt passiones; sed dicitur potentia recipiens actionem, pati, hoc est, subijci illi. Et haec passio non significat motum, sed significat realem modum, quem habet subiectum dum formae permanenti sine motu subiecta est, quae est causalitas materialis. Haec autem parte 2. dilucidiora erunt. Cum igitur dicitur oportere esse distincta agens & passum; dicendum est, ita oportere, si sint simpliciter talia: in operatione autem immanenti potentiam non esse simpliciter passum, quia ea actio non est passio, sed solum est actio; neque est ibidem passio, quae sit motus, aut mutatio; sed est duntaxat passiva receptio, quam potentia ita recipit actionem, ut & alias formas permanentes.

Adhuc tamen perspicendum est, cogantur argumenta etiam ad hoc, ut & in his actionibus immanentibus in quibus est agens simpliciter, & passum secundum quid vel improprie, necesse sit agnoscere aliquam distinctionem in re ipsa? Quod sanè est querere, non de agente & passio, siquidem tunc non est proprie passum; sed de agente, & subiecto actionis, utrum haec oporteat esse distincta, necne?

A Et videtur non obscura repugnantia, quae argumento est proposita: nam agere est dare, & pati est recipere; quod autem res quae propria est, illud det sibi, impossibile est: nam prius intelligitur habere quam dare, & prius dare quam accipere; accipere autem est non habentis. Ergo eadem res quae dat & accipit, idem quod dat & accipit, habet & non habet simul, quae sunt contradicentes: ergo necesse est distinguere dantem ab accipiente, & agens a passio.

B Quod autem agentis sit dare, & passio accipere, nullus est qui dubitet; cum in rebus divinis ubi non est actio ab agente, sed solum origo, quia tamen Pater est principium quasi actuum, proprie dat Filio naturam, & Filius proprie accipit, ut dicemus. Et licet ibi non sit prioritas naturae, ratio tamen intelligendi postulat, ut prius intelligamus Patrem habentem, quam Filium; quia Pater dat Filio: sed non intelligimus Filium non habentem, quia est essentialiter habens. At verò in rebus creatis, ubi perfectio omnis producta advenit non habenti, necesse est intelligere passum, ut non habens; quia non essentialiter habet: agens autem est id quod habet: ergo distincta oportet esse.

C Dices forte agens actione immanente antequam producat actionem, habere illam in sua virtute eminentiori modo. Sed hoc est falsum; nam soli quidem melius est esse lucidum, quam calidum, & ita eminenter continet calorem. Intellectui verò non est melius esse vim intelligendi, quam intelligere, quae est perfectio formalis ipsius intellectus: & idcirco licet intellectus sit causa quaedam quasi aequivoca, & sit nobilior sua actione, de qua re modo non disputamus; tamen non continet intellectum eminentiori modo; quia melius est habere illam actu, quam non habere. Quod si dicas continere illam in sua virtute. Ocurrimus hoc esse quod probando conamur ostendere, intellectum non posse contineri in sola virtute activa intellectus, quia est perfectio eius quae non continetur in illo actu formaliter, neque actu eminentiori modo; ergo nullo modo continetur in sola virtute eius activa. Idcirco enim proloquium est Philosophorum frequentissimum, effectum contineri in causa formaliter, vel eminenter.

Et explicando confirmamus sententiam: Confirmatur pars negans.

15. Pro parte negante est argumentum supra.

16. In creatis accipiens intelligitur ut non habens.

17. Obiectio.

Solutio.

Intellectus licet sit causa quasi aequivoca suae actionis, non praehabet illam actu, eminentiori modo, nec villo modo, in sola virtute sua activa.

Proloquium Philosophorum frequentissimum, effectum contineri in causa.

18. Confirmatur pars negans.

Imperfectum
nō potest per-
fectione qua
caret perficere
aliud, & minus
se ipsum.

Confirm. 2.

Fallitur
Suar. tom.
1. Metaph.
disp. 18. sect.
3.

S. Thom.

19.
Aliquorum
responsio.

Refellitur. 1.

2.

20.
Resolutio que
stionis.
Ostenditur
inductione.

tiam: nam ab inæquali proportione nulla actio fit; cum ergo intellectus ante intellectionem sit in potentia ad illam, ut imperfectum carens sua perfectione; necesse est quod per aliud perfectius perficiatur; & non potest intelligi quod per se ipsum se perficiat, & quod sibi ipsi det perfectionem qua caret, & de imperfecto fiat perfectum per se ipsum: conficitur enim ut id quod est imperfectum perficiatur ea, qua caret perfectione. Si enim cogitari non potest quod imperfectum perficiat aliud, defectu scilicet principij actiui; multo minus fingi potest quod perficiat se: sicut non potest intelligi quod sit principium sui. Et confirmatur, quia impossibile est, ut aliquid se toto agat simul & se toto patiatur. Quare falluntur ij, qui putant nullam esse repugnantiam quod potentia sit in actu primo, ita ut sola illa sit agens, & eadem sit in potentia ad actum secundum. Necesse est enim vel ut potentia in actu primo includat actum, quem non includit, ut est in potentia passiva; quod dicimus de intellectu, qui est in actu primo per speciem impressam, & in potentia passiva intellectus per se solus: vel est dicendum potentiam in actu primo non esse integrum principium actionis; de qua re statim disputabimus. S. Thomas q. 9. de Potentia art. 9. ad 4. docet in actione immanente non oportere assignari aliud principium quo agens agat, & aliud quo passum patiatur: sed nō negat distingui agens & passum aliquantulum. De qua re est controuersia.

Aliqui respondent agens includere existentiam, quia vnumquodque operatur in quantum est actu; passum verò nō includere in sui causalitate existentiam; & ita distingui agens & passum. Sed hæc responsio dubia est, & non satisfacit: dubia, inquam, quia subiectum accidentiū præexistit, & est videndum vtrum ipsa existentia pertineat ad eius causalitatem materialem. At verò non satisfacit, quia intellectus existens adhuc est imperfectus, & in potentia ad actum suum. Et idcirco eadem vrgent argumenta, quod necessarium sit aliud principium actiui.

Asserimus igitur vniuersim opus esse, ut agens à passo siue à subiecto actionis sit re ipsa distinctum: quod liquet inductione de singulis actionibus. Nam de transeuntibus non ambigitur: de actio-

Aj ne potentia cognoscentis dictum est quod potentia formata per speciem est agens, sicut etiā formata per aliquid loco speciei, ut est essentia diuina in intellectu beato, & substantia Angeli in intellectione sui; potentia verò nuda est passum. De sola ergo actione appetentis potentia, non est cur negemus, sed inquiramus potius quomodo agens distinguatur à passo?

Dicendum est voluntatem ad suum primum actum naturalem esse in actu primo per se ipsam, non per formam additam, quam ponimus in intellectu specie impressam: nam impressio finis in voluntate est per metaphoram dicta, & nō est aliquid in illa, ut probatum est; relinquatur igitur ut sola voluntas sit agens: sed neque illa actio tribuitur Deo, ut generanti loquendo physice; quia est actio viuientis à principio intrinseco, & non mouetur ab extrinseco ut inanimata, quorum motiones tribuuntur generanti, ut antea diximus: quare ipsum principium actiui, de quo est disputatio quomodo distinguatur à passo, intrinsecum esse oportet. Reliquum est, ut dicamus id quod verissimum est, quod intellectus simul concurrat ad actiones naturales voluntatis: nam sicut se habet potentia ad potentiam in emanatione naturali, ita actio ad actionem; voluntas autem ordine nature dimanat ab intellectu in creatione animi immortalis: quare & actus voluntatis naturalis, non solum quia est naturalis, ut natura petat primam originem, quæ est intellectus; sed quia est primus actus, qui non potest reuocari in solam voluntatem, & necessario debet reduci ad principium intrinsecum viuētis, tribuitur intellectui, ut principio actiuo à quo fluit. Ad actiones autem liberas non cōcurrit intellectus, ut dicemus; quia præterquam quod argumentis id euincitur, non indiget voluntas coadiuante principio, quia ipsa simul cum sua actione naturali, quæ est prima, producit secundam actionem liberam. Et ita distinguimus perpetuò agens & passum; in prima enim actione naturali voluntatis, agens est intellectus & voluntas simul; in secunda quæ est libera, agens est voluntas simul cum sua prima actione, passum verò est sola voluntas.

Sed contra hæc duo obijcimus. Primum, quoniam voluntas est subiectum actio-

Peculiaris difficultas in voluntate.

21.
Voluntas ad suum primum actum naturale est in actu primo per se ipsam, id est, nō per formam additam sibi intrinsecam.

Intellectus simul concurrat ad actiones naturales voluntatis. Probatur primo.

Secundo.

Ad actiones liberas voluntas intellectus nō concurrat. Ostenditur.

22.
Obiectio.

actionis suæ distinctum ab intellectu; ergo si intellectus agit in voluntate producens in illa actionem naturalem, agit actione transeunte, & ita in dilectione erit actio transiens. Respondetur concedendo totum hoc, quod dilectio naturalis comparata cum intellectu producit per actionem mediam, quæ est actio transiens, & ea est actio & passio distincta ex natura rei ab ipsa dilectione. Hoc enim totum significamus, cum dicimus dilectionem naturalem emanare à potentia distincta: nec hoc est quidpiam novum; nam potentia internæ agunt in alterutras per veras actiones físicas, & transeuntes; ipsa verò dilectio comparata cum voluntate procedit, ut actio eius propria absque media actione, ut parte 2. cap. dicemus.

Aliud est quod potest obijci, videtur enim voluntas operari liberè, transacta iam actione naturali; ergo sola voluntas est ibi agens, & passum. Respondetur quod voluntas in actu libero vel habet simul actum naturalem, vel aliquid relictum ex actu per modum habitus quo propendet, liberè tamen, ad id quod eligit; & ita agens, & passum nunquam non distinguimus. Quare nihil obstat ut actiones immanentes sint veræ actiones potentia in qua sunt, non passionibus.

SECUNDA PARS.

Actiones immanentes non sunt qualitates, sed actiones.

Qui opinantur actiones immanentes esse qualitates cum Ioan. Scotto, eodem auctore negant eas actiones à terminis distingui, aut per eas produci terminum; sed intellectionem esse ipsum verbum aiunt, & dilectionem esse amorem; neque per intellectionem verbum, neque per dilectionem procedere amorem. Et hæc equidem sunt consequentia, nam si intellectio est forma quædam intelligibilis, & imago rei intellectæ, ut aiunt, non oportet addere intelligibile verbum, quod nihil est nisi ipsa imago intellectui adhærens. Præterea verbum ponimus ut terminum actionis, quare si intellectio non est vera actio, sed qualitas, verbum quod sit terminus, tollendū est. Igitur ad præcipuam quæstionem, de qua est cap. huius inscriptio, Vtrum ver-

Respons.

Dilectio naturalis comparata cum intellectu, ab eo producit per actionem transeuntem, quæ est actio & passio distincta ex natura rei ab ipsa dilectione.

Ostenditur.

23. 2. obiectio.

Respons.

Prior sententia opposita huic titulo secundæ partis.

Scot.

Connexio tituli huius par-

Abum procedat per intellectionem? hæc altera maximè pertinet, vtrum intellectio sit actio, anne qualitas?

Est autem plurimorum sententia, quod actiones immanentes non sint actiones, sed qualitates. Ita Francisc. Ferrar. 2. contra gent. c. 82. & 2. de Anima q. 22. Heruæus quodlib. 9. q. 8. Ioan. Capreol. in 2. d. 1. q. 2. artic. 8. Egid. tractatu de mensura Angelorum q. 10. Paul. Soncin. 3. Metaphy. q. 36. & 31. præter Scotum, & Durad. qui intellectionem non distinguunt à verbo, ut diximus. Vide Ioan. Scotum in 1. d. 3. q. 46. & quodlibet. 13. art. 6. & Durand. d. 2. q. 4. Istius opinionis illa est ratio, & caput, quod hæ actiones perficiunt potentiam in qua sunt, & per eas sumus boni vel mali, quod est proprium qualitatis. Aiunt igitur quidam has actiones esse voce tenus actiones siue grammaticaliter, quod est ex modo significandi, quia significantur ut actiones; dicimur enim intelligere, & diligere, quæ verba sunt actionem significantia in tempore, hoc est, per modum actionis, quæ tempore mensuratur: esse verò qualitates, siue pertinentes ad speciem dispositionis, quia benè vel malè afficiunt subiectum; aut in specie passionis, quæ est terminus actionis; negant enim in hac specie qualitatis, quæ dicitur passio, requiri motum physicum; sed quemcunque terminum potentia aiunt in illa constitui.

B

C

D

Nos verò contraria ponentes, negamus has actiones esse qualitates prædicamentales, aimusque esse veras actiones in genere actionis sitas.

Et ut progrediamur à certioribus, haud dubium est in his actionibus aliquid videri qualitati simile, & aliquid simile actioni. Qualitati hoc est simile, quod perficiat subiectum; nam actionibus immanentibus boni, vel mali sumus; & idcirco Aristoteles 9. Metaphys. tex. 10. & lib. 10. Ethicorum cap. 7. & 8. intellectionem ait esse vltimum potentia, hoc est, actum perficientem illam, & esse operationem perfecti; quod etiam declarat S. Thom. in 1. d. 4. q. 1. artic. 1. ad 1. & de Veritate q. 8. art. 6.

Quod verò actio immanens aut certe sit actio, aut aliquid habeat simile actioni, non minùs perspicuum est. Nam præter auctoritatem Aristotelis quæ nobis plurima suppetit, ut in confirmatione istius

tis cum titulo capitis.
2.
Patroni dicte opinionis.
Ferrar.
Heruæus.
Capreol.
Egid.
Soncin.
Scot.
Durand.

Argumentū.

Quidam explicant actiones immanentes dici actiones grammaticaliter; esse autem qualitates ad dispositionem, vel passionem pertinentes.

3. Posterior & vera sententia.

4. Hac in re i. certum.

Aristot.

S. Thom.

5. certum.

istius partis licebit intueri, alijs argumentis id planissimè ostendemus hoc loco.

6. Coroll. ex his argumentis, actionem immanentem non modo reuocari ad qualitatem, sed esse in ea aliquid qualitatis, & aliquid actionis.

Cum verò similitudo fundetur in ipsa entitate, videtur argumento confici, vt vtriusque predicamenti, scilicet qualitatis & actionis, sit aliqua particula in actione immanente, quæ est similis vtrique; ita vt paribus partibus ponatur in vtroque; quod tamè non potest intelligi: aut illud sequitur quòd simpliciter in vno, & secundum aliquid in alio collocetur; & hoc etiam secundum videtur impossibile; nam cum res creata definita sit generibus summis, & genera sint distincta re ipsa saltè ex natura rei, fieri nõ potest vt vna & eadem res sit in duobus generibus. Quòd autem res vnius generis reuocetur ad aliud, non est quòd habeat alterius generis aliquam particulam; sed quòd in alio genere simul consideretur: vt calefactio reuocatur ad qualitatem, quia est via ad calorem qualitatem; non quòd habeat quid qualitatis, sed quia consideratur vt via ad qualitatem. Quare hoc mirum est & dignum explicatu, quòd actio immanens habeat aliquid qualitatis, & actionis simul.

7. Argumenta opposita explicantur. A differentijs specierum vel generum potest abstrahi conceptus communis analogus in quo tales differentie conueniant.

Actiones immanentes possunt dici dispositiones, & qualitates significatione communi, & magis abstracta.

Sic explicandi Doctores sup.

Dicendum tamen est, quòd à differentia speciei potest abstrahi conceptus communis analogus, in quo alia species siue res alterius generis conueniat; verbi gratia, rationale, vt est differentia substantie creatæ intellectu præditæ, comune quid est Angelis & hominibus, vt omnes confitentur. Nihil ergo prohibet quòd ab actione immanente, quatenus perficit subiectum; & à dispositione qualitate, quæ similiter perficit subiectum, abstrahatur conceptus communis in quo assimilentur. Imò & ex illo modo intrinseco generi qualitatis (quæ est quædam substantie perfectio secundum esse & operationem complens illam) potest abstrahi conceptus communis, qui conueniat actioni etiam immanenti, vtpotè subiectum suum perficienti, & quasi completi. Et ita communi quadam & ampliori significatione actiones immanentes possunt dici dispositiones, quasi qualitates perficientes subiectum. Quare non omninò abs re Doctores commemorati dixerunt actiones istas esse qualitates, & dispositiones: & in hoc conceptu communi actiones hæc assimulantur qualitatibus & dispositionibus; non quòd habeant en-

A titatem illius generis; sed aliã diuersam, à qua tamen abstrahitur ille conceptus communis analogus in quo sunt similia, & possunt dici dispositiones perficietes. Et idcirco etiam hæ actiones non solum habent se per modum actionis in aliud tendentis, sed etiam per modum formæ perficientis; quo pacto dicuntur actus perfecti. Neque verò id quod est forma necessariò est qualitas, nam & alia genera dicuntur formæ subiecti, & habent se per modum formæ, vt quantitas & relatio.

B Sed tamen vt discernamus quo in genere sint actiones immanentes, ponderandum est in vnaquaque re inueniri primum, esse, hoc est, existentiam; deinde operationem: & quoad vtrumque perficitur substantia per qualitatem; quoad esse perficitur per formas, quæ operationem non respiciunt; quoad operationem perficitur per formas, quæ sunt actionis vel principium, vel terminus. Et omnes hæ formæ dant quoddam esse permanens; nam & ipsa principia & termini operationum sunt res ex propria ratione permanentes; & hoc ipso ex propria definitione discernuntur ab omni actione, quæ non dat esse permanens, sed dat agere formaliter; ab actione enim dicitur agens, sicut ab albedine album. Cum igitur intellectio non sit forma permanens, sed sit quædam actio quæ habet principium, & terminum; hoc ipso ab istis qualitatibus distinguitur; quia principium, & terminus actionis qualitates sunt permanentes; actio verò ab illis genere distincta est, vtpotè extra propriam rationem generis qualitatis.

C Quod vt melius perspiciatur, aduertendus est animus ad istas actiones immanentes, vt discernamus illas à formis permanentibus. Primò certissimum est tempus Angelorum situm esse in operatione intelligibili; tempus autem est mensura durationis alicuius motus, siue actionis; ergo intellectio est vera actio.

D Deinde loqui est producere verbum, vt liquet; sed loqui ipsum est intelligere; ergo intelligere est ipsum producere verbum: producere autem absque dubio est actio; igitur intelligere est actio.

Præterea, habitus producuntur per actus immanentes, vt docet Aristoteles 1. & 2. lib. Ethicorum; sunt ergo hi actus veræ actiones quibus habitus producuntur.

Non solum qualitas, sed & alia genera sunt formæ subiecti ipsum perficientes.

8.

Omnes qualitates perficiunt subiectum, vt formæ permanentes.

Actiones immanentes nõ sic, sed vt motus vitales.

9. Posterioris sententia fundament.

10. Secundum.

11. Tertium. Aristote.

Responsio ad
uersariorum.

Refutatur.

Ostenditur
actum non esse
qualitatem acti-
uam, sed esse
ipsam actionem
qua produci-
tur habitus.

12.
fundament.
S. Thomas.

Explicatur
magis in in-
tellectione in
qua est verbum.
S. August.
S. Thom.

13.
fundam.

14.
Coroll. prius.

tur. Negabunt consequentiam dicentes, actus producere habitus, quia ipsi actus sunt formae quaedam actiuae. Sed hoc responsum cum veritate pugnat; esset enim circulus in causis agentibus per se; siquidem habitus, ut omnes fatentur, est per se principium formale istorum actuum; est enim facultas quaedam producendi actum: ergo si actus non est actio vera, sed qualitas actiua qua habitus per se producitur; est ipse actus principium formale per se habitus; & est facultas producendi habitum; quod fieri non potest, esset enim circulus in causis per se in eodem genere: ergo actus per quem habitus producitur non est qualitas actiua, sed est ipsa actio agentis, qua produci-
tur habitus.

Adhuc idem probatur, quoniam actio immanens, ut docet S. Thom. est quaedam dilatatio potentiae in obiectum, qua potentia tendit in obiectum, licet hic motus tendendi in potentia maneat; dilatare autem & tendere in aliquid, manifeste indicant actionem. Et explicatur magis in intellectione in qua est verbum: nam verbum, ex sententia S. Augustini, S. Thomae, & omnium Theologorum, est naturalis quaedam similitudo siue imago rei cognitae in qua res cognita representatur: res autem cognita representatur potentiae cognoscenti; ergo illa representatio quae viget in imagine ista, fit potentiae cognoscenti, ita ut necesse sit potentiam cognoscentem cognitione sua tendere in rem cognitam, & in imaginem; qui modus tendendi postea declarabitur: ergo cognitio ipsa qua potentia tendit in imaginem, est via quaedam, & propria actio ad imaginem terminata, quae imago intelligibilis verbum est. Et ita apparet in exemplo, actionem immanentem esse veram actionem, viam, & motum quo potentia in obiectum tendit.

Præterea, quod intellectio distinguitur a verbo re ipsa, multis comprobatum est; necesse est ergo meditemur verbum ut terminum, & intellectionem ut actionem: nam si intellectionem contempleretur duntaxat ut qualitatem, impossibile est, ut intellectus intelligat duabus qualitatibus distinctis; esset enim idem effectus formalis à duabus formis.

Propter quam causam iam definit esse mirum, quod actio vera perficiat potentiam, & faciat bonum vel malum, quia

A est actio dilatans potentiam ipsam in obiectum; & est actio qua intellectus tendit in verum, vel falsum, & voluntas in bonum, vel malum; & non est actus entis in potentia, sed actus perfecti. Sunt tamen actiones in proprio genere actionis, quae possunt intendi, & remitti; & iuxta proportionem earum augentur sui habitus; ut accidit in ceteris actionibus physicis; & mensurantur tempore. Hæc verò necessaria non sunt in omnibus: nam sicut illuminatio, quae est instantanea, est vera actio & passio; ita intellectio instantanea est vera actio. Imò actus quibus beati sumus in patria non possunt intendi, & remitti; & sunt æterni, quia simul existunt, cum careant successione; & tamen sunt veræ actiones, quia per illos potentia tendit in obiectum suum, qui motus tendendi vera actio est. Ratio autem quidditatiua actionis immanentis est, ut per illam formaliter potentia tendat in obiectum, ita ut actio sit ipsa tensio, siue motus tendendi.

C Differunt tamen ab actionibus physicis, quia actiones physicae sunt imperfectissimae; sunt enim quaedam rerum aliarum productiones, & nihil amplius; & idcirco dicuntur purae, siue nuda productiones: actio autem immanens non necessario est productio, ut hoc cap. dicemus; neque est propter aliud producendum. Imò est maxima perfectio potentiae, ad quam cetera ordinatur. Præterea, quia non egreditur ab agente, non est media inter agens & passum; & idcirco non exigit subiectum extrinsecum, scilicet extra agens; imò manet in agente: quare neque infert passionem; sunt enim actiones istae sine passionibus, quia sunt actiones in agente quod est simpliciter agens, & secundum quid & improprie passum: pati enim est recipere ab aliquo extraneo agente actione & motu ab illo agente egrediente; quo pacto agens actione immanenti non patitur, cum sit ipsum agens & simpliciter agens.

D Quod si obijcias, assumendo id quod ex dictis colligitur, etiam in actione immanente agens & passum esse res simpliciter distinctas, quia agens non est nuda potentia, sed vel duae potentiae, vel potentia informata, vel potentia cum prima actione coniuncta; passum verò est ipsa potentia nuda: ergo passum est subiectum extraneum, cum sit res simpliciter distin-

Actio immanens non est actus entis in potentia, sed actus perfecti. Conuenientie inter illam & actionem physicam.

Ratio illius quidditatiua.

15.
Discrimina inter illam, & physicam. trimum.

Secundum.

Pari est recipere ab extraneo agente, & cetera.

16.
Obiectio.

Responsio.
Subiectum ex-
traneū quod-
nam sit?

In nutritione,
& relatione acti-
onibus trans-
euntibus, oportet
designare partem mouē-
tem distinctā
à parte mobili
per se.

S. Thom.

distincta ab agente. Respondendum est
consequētiā negando; nam subiectum
extraneum dicitur non quod est ab agē-
te principali, & integro distinctum; sed
illud est subiectum extraneum, quod
etiam distinguitur à facultate actiua, cuius
est propria actio. Nam aliā actio vi-
uentium, vt nutritio, & motus ad locum,
manet in agente; & tamen est actio trās-
iens; quia in ijs oportet designare partē
mouentem distinctam à parte mobili
per se. At verò actio immanens manet
in ipsa potentia, cuius est propria actio;
quia non egreditur ab illa, neque est me-
dia inter agens, & passum, neque est pu-
ra via ad aliud efficiendum; sed est actio
perfecti perficiens ipsam potentiam, cuius
est propria actio. Et idcirco dixit S.
Thom. vt supra commemorauimus q. 9.
de Potentia, quod in his actionibus non
oportet assignari aliud principium agē-
di, aliud patiendi.

17.

Coroll. poste-
rius.
Actiones im-
manentes, quę
dam sunt ran-
tum actiones:
quędam etiā
productiones.

Ex quibus postremò colligimus ne-
que necesse esse, vt per has actiones ali-
quid producat; quia non sunt ex pro-
prio genere via ad opus, vt Aristot. do-
cet: neque etiam est mirum quod aliquę
ex his actiones producant aliquid in ip-
sa potentia vel in alia, cum sint verę ac-
tiones, vt in sequentibus disputabimus.
Cum verò per has actiones producit
aliquid in eadem potentia, licet ibi non
sit medium inter agens & passum; est ta-
men ipsa actio media inter agens, & ef-
fectum suum; verbi gratia, cum per in-
tellectionem producit verbum, illa
actio est simul intellectio, & productio;
& est media inter intellectum, & eius
verbum. Cum verò nihil producit,
actio non est productio, sed est tantum-
modò actio, vt statim dicemus.

Confirmatio.

18.
Aristotel.

Quod actiones immanentes sint ve-
rę actiones, Aristoteles non solum
indicat, sed planissimè docet. Nam lib.
9. Metaphys. cap. 9. & 6. Ethicor. cap. 4.
& 1. Magnorum Moral. cap. vltimo, dis-
tinguit actiones immanentes à trans-
euntibus; immanentes autem actiones
vocat, visionē, intellectionem; his enim
exemplis vtitur. Easdem vocat actiones
sive operationes 10. Ethicor. cap. 3. 4. 5.
& 6. quam appellationem vtitur eod-
dem loco interpretes. Et in poetica, *Fi-
nis ipse*, inquit, *actio quadam est, non*

A *qualitas*. Sed tamen verborum Aristo-
telis istum commentarium inuenio, quod
nomine actionis immanentis Aristote-
les complectatur res duas, scilicet, intel-
lectionem, quam putant esse qualitatem;
& actionem veram antecedentem, ex
natura rei distinctam ab ipsa intellectione,
quam dicunt esse actionem immanē-
tem: quia cum ista actio, quam ponunt,
non distinguatur à termino producto,
manet ista actio in agente in quo manet
terminus productus, qui est intellectio.

B

Et de ista actione Aristotelem loqui af-
firmant, cum ait actionem manere in
agente; cum verò ait actiones istas esse
perfectiones, siue esse vltimum potētiz,
tunc Aristotelem loqui de ipsis qualita-
tibus, quę sunt potētiz perfectiones, &
eodem nomine actionis continētur. Sed
sanè Aristoteles eodem more loquendi
quotiēs de actionibus immanētibus tot
in locis instituit sermonem, exempla
subijcit de cognitione, vel appetitione,
semper appellans actiones. Quod si equi-
uocè diceret actiones aliquo in loco de-
beret id significare; quod fecit in nullo.
Cum ergo istius interpretationis nullū
extet indicium, necesse est confiteri id
Aristotelem sensisse quod verbis toties
edidit, & verbis planissimis. Præterea
cum distinguit actiones immanentes à
transeuntibus, nonne tunc maximè lo-
quitur de actionibus ipsis veris, non ve-
rò de qualitibus? Atqui ponit ibidem
exempla de visione, & intellectione.
Nam, inquit, per visionem nullum opus
fit; ergo est actio per quam nullum fit
opus, quę est immanens: quę consequē-
tia nulla esset, nisi visio esset vera actio.
Igitur interpretatio ista, & noua est nul-
lo antiquo interprete firmata, & à ver-
bis Philosophi dissidens longissimè.

D

Præterea est locus alius apud Aristo-
telem 10. Ethicor. cap. 3. vbi non solum
affirmat has esse actiones, sed negat esse
qualitates. *Atqui, inquit, neque si volup-
tas non est qualitas, propter hoc bonum
non est; neque enim operationes virtutū
sunt qualitates, neque felicitas ipsa.*
Quod idem docet in Poetica cap. 4. ver-
bis expressis, finem esse actionem, non
qualitatem. Respondent Aristotelem
dixisse has actiones non esse qualitates,
quia necesse est eam potentiam, quę il-
lis prædita est, semper agere, & ita esse
qualitates cum actione coniunctas; &

V. dictas

Interpretatio
Suar. 10m.
1. Metaph.
disp. 48.

Refellitur.

Secundò.

19.
Tertiò.
Idem Arist.

Responsio
Suar. disp.
42.

Refellitur.

dictas esse non qualitates, quia non sunt nuda qualitates sine actione. Sed quid ad rem de actione, ut quia qualitas non constat sine illa, eò quòd pendet cõseruatione ab illa; idcirco ea quæ est simpliciter qualitas dicatur non esse qualitas? Hoc non est Aristotelem explicare, sed velle dissimulare cum auctoritate Philosophi. A firmandum ergo est cum Aristotele actiones immanentes non esse qualitates.

20. S. Thom.

Idem firmatur auctoritate S. Thomæ, quæ semper nobis erit præcipua, commentatis in Aristotel. locis citatis, cum alijs antiquis scholijs; & opuscul. 14. planissimè ait, intellectionem esse quendam motum. Quæ est etiam sententia Magni Alberti in 1. d. 17. art. 7. & aliorum. Quibus consentit Simplicius in tractatu de 6. principijs ex Archita Tarentino, affirmans actiones non solum inanimatorum, sed viuentium, & actiones hominum ipsas (quibus intelligit immanentes) in prædicamento actionis collocari; & Albert. ibidem huic sententiæ subscribit. Fracastorius etiam in Dia-

Fracastori.

logo de Anima idem sentit; probat enim illius immortalitatem, quia finis eius est operatio; operatio autem est vita; ergo finis animi nostri est vita: quare cum tēdat in vitam, ut in finem naturalem, quæ potest consequi, immortalis sanè est; finis autè animi est contemplatio, quæ est actio, & motus quidam. Eandem opinionem retinent ex Thomistis Thomas ipse Caietan. 1. p. q. 27. art. 1. dub. 1. & 3. Francisc. Ferrar. 1. contra gent. cap. 53. Ioan. Capreol. in 1. d. 27. q. 2. Iauellus 9. Metaphy. q. 16.

Finis animi nostri operatio, atq; adeo vita.

Caiet. Ferrar. Capreol. Iauellus.

21. Vfus loquendi.

Deniq; confirmatur vsu loquendi Ecclesiastico, & Conciliorum frequentissimo has actiones nominantium: imò ipsa hominum consensione, & communi sensu; omnes enim homines actiones appellant, profectò quia actiones esse intelligunt.

TERTIA PARS.

Per aliquas actiones immanentes producit terminus.

Cum statutum sit actiones immanentes esse veras actiones, succedit quæstio, An per eas actiones aliquid producat? Et sunt in re proposita opinio-

nes extremæ. Alij enim dicunt per has actiones nihil vnquam produci: alij verò contra asseuerant semper & necessario per eas aliquid produci. Nos verò media via progressi cum vtrisque pugnamus, asserentes aliquandò produci aliquid, & aliquandò nihil, ita ut neutrum sit necessarium. Et hac parte cap. prius refellenda est pars negans vniuersalis, scilicet quòd per nullam actionem immanentem producat aliquid.

Isthæ existimatio fulcitur Aristotel. documento, hoc discrimen ponentis inter actiones immanentes, & transeuntes; quòd per istas aliquod opus fit, per illas verò nullum opus fit, hoc est, nullus effectus; ita affirmat Philosophus 9. Metaphy. tex. 16. & 1. Ethicor. cap. 9. Et ita opinantur Ioan. Scotus in 1. d. 27. q. 3. & Durand. q. 2. cum alijs.

Quare cum aduersum istam existimationem modis omnibus contendamus, verbum procedere per intellectionem, quæ est actio immanens; initio statim opus est istius sententiæ Aristotelicæ, quæ proponitur argumento, præstare cõmentarium; eò quòd sit aliquantulum intellectu difficilis. Thom. Caiet. 1. p. q. 27. art. 1. dub. 1. ait Philosophum posuisse discrimen inter actionem immanentem, & transeuntē, quòd actio transiens per se terminatur ad formam productam; actio verò immanens non per se, quia actionum harum multæ sunt per quas nihil producit. Sed contra hoc est argumentum; nam sunt actiones immanentes, quæ ex genere, siue specie sua per se producant terminum, ut capite sequenti dicemus; ergo conueniunt cum actionibus transeuntibus in discrimine designato, quo maximè deberent distingui. Quòd si actio immanens non per se producit terminum, & hæc est eius differentia qua differt à transeunte; consequitur ut nulla actio immanens per se producat terminum, quod est falsum, ut exemplo ostenditur: intellectio enim per se producit verbum. Possumus ad hæc quidè respondere Aristotelem non tradidisse discrimen proprium actionum istarum; sed in genere indicasse illas esse distinctas, quia actio transiens per se producit terminum; at verò actio immanens non per se, sed per accidens, hoc est, non per se ut actio immanens est, scilicet ex propria ratione commu-

1. sententia vniuersaliter negatiua.

2. Eius fundam. ex Arist.

Auctores Scotus. Durand.

3.

Ad Arist.

1. interpreta. tio Caiet.

Obiectio. Aliquæ actiones immanentes per se producant terminum.

4. Responso.

Actio immanens in propria ratione communi nõ includit, ut dis-

commu-

ferentiam pro
ducere, vel nō
producere per
se terminum.
communis: quo pacto dicimus animal nō
esse per se rationale, sed per accidens;
quo sensu dicimus animanti accidere
esse hominem, & esse rationale, quia sunt
multa animantia non-rationalia. Et eo-
dem pacto verè dicimus actionem im-
manentem non per se producere termi-
num, sed per accidens, quia accidit actio-
ni immanenti esse intellectiōnem, vel
dilectionem productivam termini. Itaq;
non producere per se terminum non est
differentia propria actionis immanen-
tis; esset enim consequens, vt nulla actio
immanens produceret per se terminum:
sed hoc ipsum quod actio immanens ex
ratione communi non producat per se
terminum, indicat illam esse naturā di-
versam à transeunte, quæ per se termi-
num producit. Neque displicet hic com-
mentarius, quoniam Aristoteles eo loco
non tam vult discernere actiones, quàm
ostendere, quæ actiones insint agenti,
quæ verò passo: quare non est admiran-
dum quod non posuerit vtrarūque pro-
prias differentias.

Non displicet
dicta interpre-
tatio.

5.
2. interpreta-
tio aliorum.
Arist.

Refutatur pri-
mò.

Secundò.

6.
3. interpretat.
Capreoli.

Impugnatur à
Rada con-
trouersa. 7.

Alij exponunt quod per actionem im-
manentem nihil sit quod permaneat, eo
loquendi modo quo Aristot. ait Ethicor.
1. in nonnullis actibus ipsas actiones ef-
se fines, & non aliquid factum per illas,
vt in arte cytharizandi; in qua sanè actio-
ne, cum sit transiens, aliquid est factum,
scilicet sonus editus arti cōcordans: sed
dicitur nihil factum, quia nihil permanet
transeunte actione. Sed contra hoc est,
quod per actiones immanentes produ-
cuntur habitus permanentes; ergo in hoc
non differunt à transeuntibus. Præterea
in eo quod termini istarum actionū pro-
ducti simul cum illis desinunt, conueniūt
cum alijs actionibus transeuntibus, vt est
pulsus cytharæ, & aliq; ergo in hoc etiam
non differunt: quare hæc explicatio non
videtur satisfacere.

Ioan. Capreol. d. 27. q. 2. aliter inter-
pretatur Aristotelem quod dicat actio-
nem immanentem eo discerni à trans-
eunte, quod transeuntis actionis termi-
nus recipitur in subiecto extraneo; ac-
tionis verò immanētis si quis est termi-
nus productus, in ipso agente manet. Et
certè verum id est quod Capreol. docet.
Sed obijciunt quidam non esse ex men-
te Aristotelis; quia vt modò dicebamus,
magis volebat Aristoteles ostendere in
quo subiecto inessent actiones istæ, quā

A earum differentiam assignare: ineptus
autē esset Philosophus, si diceret actio-
nem; quæ producit terminum in subie-
cto extraneo, esse in subiecto extraneo,
quasi ostendens idem per idem. Occur-
rendum tamen est istum commentarium
egregium esse, & clarissimū: neque ineptum
est argumentum, sed maxime accō-
modatum, ad ostendendum in quo sub-
iecto sit actio, hoc ipsum colligere à ter-
mino producto. Nam si terminus pro-
ductus est extragens in subiecto distin-
cto, in eodem est actio: si verò extra non
est terminus productus; sed vel nullus
est, vel in ipso agente est; actio sanè est
in agente: vt actionem à termino non

B separemus. Verba Aristotelis sunt ista;
*In quibus igitur aliud quidpiam est, quod
sit præter usum, eorum actus. in eo quod
efficitur, inest: qualis est edificatio, atque
actus texendi; illa enim in eo quod edifi-
catur, hic in eo quod textitur, inest. In qui-
bus autem præter actum non est aliud
quicquam opus, in ijs ipsis est ipse actus,
nam visio in eo est sanè quod videt, &c.*

Quibus verbis maxime quadrat inter-
pretatio Capreoli. Itaque Aristoteles
vult ostendere, actiones in quo subiecto
sint; hoc autem petit à termino produ-
cto per actionem, quia in quo subiecto
est terminus, in eodem est & actio. Ex
qua conclusione differentia istarū actio-
num tradita à Capreolo colligitur: scili-
cèt quod actio transiens sit ea cuius ter-
minus productus sit in subiecto extra-
neo; est enim transiens quia est in eodem
subiecto extraneo, vt Aristot. vult. Actio
verò immanens est ea, per quam si quis
producitur terminus manet in agente,
vnde & ipsa actio in agente manet, & di-
citur immanens. Et sicut Aristot. accipit
vt aliquid notius, quod terminus produ-
ctus sit extra agēs in subiecto extraneo,
ad indicandum quod actio sit in eodem
subiecto; ita & nos hoc idem accipimus
ad ostendendum actionem esse transeū-
tem; quod si nihil extra agens produci-
tur, dicimus esse immanentem.

D At verò si velimus indicare distinctio-
nem vtriusque actionis, non per signum,
aut argumentum, sed ex propria differē-
tia, facilius verba ipsa Aristotel. lice-
bit exponere. Nam differentia essentia-
lis vtriusque actionis ea est, quod actio
transiens est pura via ad aliud producē-
dū, & pura productio rei alterius: actio

Propugnatur;

Verba Arist.

Aristot. vult
ostendere, in
quo subiecto
sint actiones,
per terminos
productos.

4. interpretat.
facilior, assignans differen-
tia essentialē
in vtraque ac-
tione.

In transeunte;

In immanēte.

Arist.

Per immanētem nihil produ-
citur, ad quod
ipsa, vt ad finē
ordinetur.

8.

Vis postero-
rum verborū,Priorum sen-
sus aduersariorum.Verus eorum
sensus ac vis.Per actionem
immanētem
nihil produci-
tur præter vsū
actionis, id est,
vel exercitiū
actionis, & est

verò immanens non est ex proprio genere productio, neque est pura productio; sed simul est forma perficiens, & perfectio agētis, imò maxima eius perfectio; vnde primo Ethicorum cap. 9. dicitur actus vltimus: ergo hæ actiones non ordinantur ad aliquid producendū, tanquam ad finem; imò si quid per illas producitur illud ipsum ordinatur ad istas actiones vt ad finem. Nam & verbū, & habitus scientiæ, per intellectionem producta, ordinantur ad illam, vt postea docebitur. Igitur cum Aristoteles docet in actionibus transeuntibus præter actionem, & vsum illius, extare aliquod opus per illam productū, intelligit opus aliquod ad quod ipsa actio ordinetur, vt ad finem: quo pacto per actionem immanētem nihil producitur ad quod ipsa, vt ad finem ordinetur; cum potius ipsa sit finis cæterorum, & vltimus actus.

Et hunc sensum istius sententię possumus coniectare ex verbis Aristotelis, quæ ponderanda sunt. *Quorum, inquit, non est aliud quoddam opus præter actionem, in ipsismet actio est.* Hoc est, vbi nihil producitur per actionem, actio est in agente, & est immanens. Ex quibus verbis adhuc non trahitur firma consequētia quòd per actionem immanentem nihil producat: potius enim affirmat, quòd cum nihil producitur actio est immanens; ex quo non sequitur quòd cum actio est immanens nihil producat; non enim conuertitur consequētia; si nihil producitur actio est immanens; ergo si actio est immanens nihil producitur. Ibidem tamen aliud enunciatum præmiserat, scilicet quòd cum aliquod opus præter vsum actionis manet, actio est transiens; hoc est, si per actionem aliquod opus producitur, est transiens actio: vnde videtur sequi vt cum aliquid producitur non sit actio immanens: recte enim consequitur, si opus producitur actio est transiens; ergo non est immanens. Hoc ergo quòd Arist. præmiserat, potest explicari ex verbis ipsius; nō enim simpliciter ait, quòd vbi præter actionē opus producitur, actio est transiens; sed ait quòd vbi præter vsū actionis: quæ verba nō sine causa adiecta sunt, nam actio & vsus actionis distincta sunt. At verò in operatione immanēte terminus necessarius pertinet ad ipsum vsū actionis, quia ipsa actio est finis ad quē requiritur ter-

A minus, & sine qua non constat; & eodem modo habitus pertinet ad vsū actionis, ad quē vt ad finē ordinatur. Et ideò cum terminus & habitus productus pertineat ad vsum intellectionis, præter vsū nihil producitur. Præterea habitus nō producitur per se p actionē immanētē, sed iuxta virtutē agētis, vt statim dicemus; terminus verò actionis, qui in aliquibus actionibus immanētibus necessariò inuenitur, absque dubio pertinet ad vsum actionis, & exercitiū. Nam vsus potest indicare exercitiū; & causam finalē, quia media sunt in vsu ad finē: & vtroque modo terminus istarū actionū pertinet ad vsum illarū; habitus verò pertinet ad vsū vt medium ad finē, nam ad exercitiū nō est necessarius per se. Quare in actionibus immanentibus, quia præter vsum nihil producitur, ad sensum explicatum; quia ipsæ non ordinantur in aliud, sed potius ea quæ producuntur per illas pertinet ad vsum illarū, iuxta Aristotelis sententiam à transeuntibus excluduntur.

C Ex positis Philosophi verbis, quæ sunt contrariæ partis ferè integrum argumentum, facile est persuadere quòd per istas actiones aliquid producat. Siquidem sunt veræ actiones: nihil verò prohibet quin agens per suam actionem aliquid producat. Et idem etiam probatur illo argumento, quo antea vsi sumus: nam actio transiens est quædam egressio, siue exitus ab agente medius inter agens, & passum, qui indicat ea esse subiecta distincta; ergo illa effecta, quæ manent in agente non fiunt per actiones transeuntes; consequens ergo est, vt per immanētes producantur: & ita actio immanens non est media inter agens & passum; est tamen media inter agens, & effectum. Quod est tertium argumentum abundè efficax. Nam ordine naturæ inter potētiam cognoscentem siue appetentem, & terminum actionis, actio ipsa est media; ergo absque vllò dubio terminus ille per actionem producitur. Quòd si in his actionibus neges terminum cum Ioanne Scoto, & Durando: saltē negare non poteris produci habitus in his potētij, & esse medias actiones istas inter potētiam, & habitum productum; ergo necesse est fieri produci habitum per illas, siquidem veræ actiones sunt, vt probatum est.

terminus, vel
ea quæ ad actio-
nem sunt vlti-
vt ad finem, &
est terminus,
vel habitus.

9.
Secūda & ve-
ra sentētia in
titulo asserta.
Probatur. 1. ex
loco explicato
Aristot.

Probatur. 2.

Probatur. 3.

Responsio ad-
uersariorum.
Refellit.

Sed

10.
Tres quæstiu-
cula affines.

11.
Primæ resolu-
tio.
Actio imma-
nens non pro-
ducitur per a-
liam actionem
mediam.
Est contra
Scotum.
Licet sit for-
ma est vera a-
ctio.

Fundamentū
resolutionis.
Existētia pro-
priè non exis-
tit: nec actio
propriè fit.

12.
Secundæ resolu-
tio
Producit ter-
minum, & ha-
bitum.
Item producit
aliam actionē
immanentem
vt causa realis
non vt produ-
ctio.

Sed tria adhuc sunt in quæstione ista tractanda. Primum, An hæ actiones fiant per alias actiones? Secundum, Quæ sint res per istas actiones productæ? Tertiū, An inter istas actiones immanentes, & res productas per illas, sit media aliqua alia actio?

De prima quæstione, dicimus opus nõ esse, vt hæ operationes producantur per alias actiones, vt ponebat Ioan. Scotus, qui ait intellectionē fieri per actionem mediam inter intellectū & ipsam: quia etsi rectè assererat intellectionem esse formam quandam; non scitè colligebat per actionem mediam fieri: istam enim consequutionem negamus, dum aduertimus ipsammet formam esse veram actionē; non quæ pertineat ad physicam considerationem, quia talis actio est cum motu; nec verò dicimus intellectionem ita esse actionem, quasi solam viam ad aliud: sed ideò dicimus actionem, quia est forma cum quodam intrinseco motu in aliud, scilicet in obiectum. Ideòque cum sit vera actio, non est necesse quòd per actionem fiat: sicut enim existentia per hoc ipsum existit, quia existentia est, non tamè quòd propriè existat; ita etiam actio immanens, verbi gratia intellectio, per hoc ipsum fit quia est actio, ita vt nõ sit necesse fieri per actionem: neque verò propriè fit, sed ipsa est actio, per quam intelligens dicitur formaliter agens; & ipsa est intelligentis forma, & perfectio.

De secundo quæsito, dicendum est duo esse, quæ per istas actiones producuntur, scilicet terminum intrinsecum illarum, vt per intellectionem verbum, & per dilectionem amorem: & habitus etiam per actiones nouimus produci. Est etiam vna operatio principium alterius, vt cum intellectus ex assensu præmissarum assentitur conclusioni, assensus ille prior est causa realis assensus consequentis; & vna actio naturalis in voluntate est causa realis actionis liberæ: quia potentia per primam operationē est quasi in actu ad secundam. Quare tunc operatio immanens non est productio alterius operationis; sicut enim non est motus ad motū, ita neque est operatio quæ sit formalis productio alterius operationis; hoc quippè pugnat cum natura vtriusque operationis, quia actionis non est actio; quare nec prima actio est productio al-

A terius; neque altera per actionē producitur, cum sit actio, quæ productione nõ indiget, vt dicebamus. Quia ergo hæ actiones sunt formæ agētis, siue actus illius perficientes ipsum agens, potentia per primam actionem est verè in actu ad secundam, quasi per formam actiuam; non quia actio prima sit potētia, vel habitus: sed est quasi forma alterius generis existens tamen in agente, & quodammodò actiuam. Nam ipsa actio existens in agente, vt forma perficiens, quodammodò actiuam est: sed non est simpliciter facultas actiuam, quia non potest mutare suam naturam actionis: imò hæc est natura istius actionis, vt simul & actio, & forma perficiens sit.

B Similiter quando vna potentia concurrat ad operationem immanentē quæ est in altera potentia, dicimus illam actionem immanentem non produci per aliam actionem illius potentia in qua est, quia actionis nõ est actio. Sed eadem actio immanēs producitur per actionē transcuntē alterius potētia in qua non est; cū qua comparatur nõ vt actio, sed vt vera forma, & perfectio, actionisq; effectus.

C Est tamè adhuc aduertendū quòd diuersimodè per actionē immanentē producitur terminus, & habitus: nam terminus istiusmodi actionis est illi intrinsecus; si qua enim actio immanens habet terminū, illa ex propria specie & definitione cū termino est copulata, vt postea dicemus; ita vt nõ solū sit actio, sed essentialiter sit productio; talis tamè productio, quæ est simul forma agētis, & perfectio. At verò nulla actio immanēs est essentialiter productio habitus; nam etsi sint quædam actiones immanētes eius naturæ, vt per eas possit produci habitus; quòd tamè actu producat, accidit illis ex virtute agētis, vt S. Thom. docet; quæ si desit, non producitur habitus. Cū verò adest virtus agētis necessaria, & habitus producitur per actionē immanentē, necesse est meditari in illa actione modum quendam realē accidentariū: sicut cū actio intenditur, aut remittitur, accedit nouus modus realis: & cū illo nouo modo actio eadē immanēs est vera productio habitus. Itaq; in ipsamet actione immanēte necesse est meditari aliquid accidentariū, vt ipsa actio sit vera productio illius habitus, accidentarium, inquam, quia accidit isti actioni producere habitum.

Non est simplicitèr facultas actiuam.

13.
Illam quæ producit actionem transcuntē potētia in qua non est, habet se nõ vt actio, sed vt vera forma, & effectus.

14.
Actio immanens essentialiter est productio proprii termini.

Est verò productio habitus accidentariè, accedente scilicet cum virtute agentis nouo modo realē accidentario. S. Thom.

Explicatur hoc.

Et ita ponimus modum quendam realē, ut actio immanēs sit productio habitus: ut verò sit productio termini, ratio ipsa est specifica actionis. Vnde etiam colligimus per eam actionem per quam non producitur terminus intrinsecus, non produci etiam habitū: nam quia terminus producitur per se, habitus verò per accidens; productio habitus est consequēs ad productionem termini. Et probatur idem, quoniam actio immanens quæ non producit terminum, non est essentialiter productio; ergo neque per accidens est productio: quia mutaretur secundum differentiam essentialē; in his enim actionibus differentia essentialis est ut sint productiones, vel non sint. Et hoc ipsum alia ex parte cum veritate concinit: nam ubi potentia est satis per se ipsam perfectum principium actionis, non producitur terminus in rebus creatis, ut dicemus cap. 9. ubi autem est potentia satis perfecta per se ipsam, non producitur habitus; ergo ubi nō producitur terminus, neque habitus producitur.

Colligimus itaq; quòd intellectio qua verbū producitur, essentialiter est productio verbi; & per accidens productio habitus: & ideò verbum est essentialiter forma, quæ per intellectionem producitur; habitus autem potest à Deo produci sine intellectione, ut postea declarabimus. Non dixi verbum esse quid essentialiter productum; quia nulli rei creatæ est essentialē, aut necessarium produci, sed accidit illis produci: solæ personæ diuinæ, quæ procedunt ex alijs, necessario & ex propria ratione sunt productæ.

Tertium iam quæritur. Vtrum inter istas actiones & res productas sit adhuc alia actio media? Nam cum hæ actiones sint res simpliciter distinctæ ab alijs, quæ per illas producuntur, utputà à terminis, ab habitibus, & ab alijs actionibus ortis exprimis; posset videri quòd hæ res productæ emanent ab actionibus immanentibus, quæ sunt res distinctæ, per alias actiones medias, & quasi transeuntes, quæ non distinguantur à rebus ipsis productis. Et licet sit inauditum dari duas actiones transeuntes eiusdem effectus; & hoc etiam sit impossibile, quia efficeretur res eadem non semel, sed bis, scilicet bina actione, nō partiali neque subordinata: non videtur tamen impossibile, ut idē effectus emanet duplici actio-

ne alia immanente, alia transeunte; maxime cum sint quasi subordinatæ: quia actio immanens antecedit illam transeuntem, siqua est: sicut actione agentis vniuersalis mouente agens particulare qua tribuit illi virtutem operandi, & alia actione agentis particularis idem effectus emanat. Quare etsi intellectio sit actio productiua verbi, posset sustineri, quòd inter intellectionem & verbum sit alia actio nō distincta à verbo, qua actione ipsum verbū emanet ab intellectione.

Nihilominus esse existimamus probabilius, quòd in verbo, siue habitu producto nullus sit fluxus, siue emanatio distincta ex natura rei ab ipso verbo siue habitu producto, sicut calefactio à calore. Primò, ne tot res sine necessitate cumulemus. Deindè, quoniam vnius agentis proximi, & instrumentalis, quale est intellectus, vna est actio, quæ effectum producit, quæ est media inter agens, & effectum; sed intellectio est actio intellectus qua producit verbum, ut indubiè asserimus; & est media inter intellectum, & verbum; ergo ea vna actio ponenda est, & non alia adijcienda; præsertim cum nihil nos cogat ad id concedendum. Ad-

huc, quia hoc videtur esse discrimen inter effectum actionis transeuntis, & immanentis; quòd effectus actionis transeuntis recipitur in subiecto extraneo, quod mouetur; & idcirco motus est in recipiente, qui motus est actio, & passio. At verò effectus actionis immanentis recipitur in ipso agente absque motu physico, & idcirco sufficit ibi operatio immanens quæ est actio, sed non est passio; passio enim est de intrinseca ratione motus, sed non clauditur in conceptu actionis, cui potius opponitur: quare intellectio est tantummodò actio, & non est passio, quia non est motus physicus; quare neq; ibi est necessaria alia passio, sicut neque motus. Quamuis enim verbum distinguatur ab intellectione: non indè colligitur quòd alia actione transeunte producat, cum verbum maneat in ipso agente in quo est actio, ut iam explicauimus. Procedit verò verbum reali processione, hoc est, procedit re ipsa, nō tamen quòd processio verbi sit passio distincta ex natura rei à verbo; sed est ipsum verbum procedens significatum per modum passionis; sicut de processione

Actio est sine motu; sed passio sine motu non est.

Qua actione non produci- tur proprius terminus, ne que habitus pro- ducitur. Probatur. 1.

Secundò.

Tertiò.

15.

Verbum est essentialiter forma que per intellectionē producitur. Non tamē est essentialiter, aut necessario productū, ut nec vlla res creata.

16.

quæstion- cula. Pars affirmatiua probatur.

Obiectio.

Occurritur.

Posset sustine- ri hæc pars.

17. Resolutio ne- gatiua est pro- babilior.

Probatur. 1.

Secundò.

Tertiò.

Actio est sine motu; sed pas- sio sine motu non est.

1. obiectio. Occurritur.

Secundæ! occurritur.

Processio ver- bi non est pas- sio, sed ipsum verbum proce- dens, ut de pro- cessione

cessione creaturæ docet S. Thomas.

18.
3. obiectio.

Responsi.
Mutatio verbi de non esse ad esse, non est actio, aut passio, sed est ipsū verbum mutatum, vt de creatione docet S. Thom.

Corollarium.
cōtra Bañes q. 27. art. 1. dub. ultimo, Neque in verbo, neque in habitu, productio est vera passio. Si vlla est passio, sūt duæ, & actiones tres.

19.
Etiam 2. actio immanens nō indiget actione media, vt producat a prima.

20.
Certissimum. Si actio media in dictis effectibus admittatur, non est actio immanens dicenda. Probat.

fione creaturarum docet S. Thom. processio enim creaturæ non est passio, sed est ipsa creatura procedens: à qua tamē processione verbi resultat relatio realis verbi ad dicentem, vt S. Thom. sapius docet. Quare similiter verbum, aut habitū produci non est passio antecedens, sed solum ibi est relatio realis consequens res ipsas productas: si tamen placet relationes in eodem subiecto, reales esse.

Quod si obijcias, in processione verbi esse mutationem de non esse ad esse, & illam mutationem esse ipsum fluxum, quē dicimus actionem & passionem. Respondendum est illam mutationem non esse actionem aut passionem antecedentem verbum, sed esse verbum ipsum mutatum; quod dicitur mutatum; quia eius esse est nouum post non esse, vt de creatione S. Thomas docet. Est tamen discrimen inter creaturam, & verbū, quia inter creaturam & Deum creantem nulla est actio media: inter intellectum verò & verbum est intellectio, quæ est actio media per quam verbū producit, sed passio nulla est. Quamobrem ingenuè errant, qui opinantur in intellectus operatione esse vnā actionem quæ est intellectio, & duas passiones, alteram quando producit verbum, alteram quando producit simul habitus. Nam neque in verbo, neque in habitu, productio est vera passio, vt docuimus. Quod si ibi inueniretur passio, inueniretur etiam actio præter actionem intelligendi, vt probatum est: quare essent ibi actiones tres, & passiones duæ; cum duabus enim passionibus necesse est numerare actiones duas, quæ sunt res eadem cum ipsis passionibus; & præter has actiones ipsam intellectioem, quæ est actio distincta; quare essent actiones tres, & passiones duæ.

De actione autem secunda, quæ oritur à prima similiter dicendum quod nō oritur ab illa, media alia actione; cum & ipsa actio secunda non indigeat actione vt producat.

Illud verò certissimum nobis assertū sit, si quis huiusmodi fluxus ponatur in ijs potentijs, qui sit pura via ad producendum aliquid, illum nō esse actionem immanentem; quæ ex proprio genere est perfectio agentis in quo est: ille ergo fluxus siue emanatio, quæ est ipsa res producta, vt calefactio est ipse calor, & solum distinguitur à re producta, vt via pu-

ra à suo termino, etsi ponatur manens in eodem agente, sanè actio immanens nō est, quia non est forma perficiens. Nam & nōnulli Doctores existimarunt actionem quoad aliquid esse in agente; & tamen non idcirco dixerunt esse immanentem actionem, sed transeuntem; quæ ordinatur per se ad aliud producendum vt ad finem; operatio verò immanens per se est actus & perfectio agentis. Quare nihil vetat, vt per actiones istas aliquid producat.

Confirmatio istius partis à parte vltima cap. petenda est, vbi statutum erit per intellectioem produci verbū; nam ab hac particulari propositione fit consequens, vt per actionem immanentem possit produci terminus.

QVARTA PARS.

Non producit terminus per omnem actionem immanentem.

Ac posita sententia quod per actionem immanentem producat aliquid, consequitur, vt disputemus; Vtrum per omnem actionem immanentem aliquid producat? Videtur enim quod actio sit ipsa productio; productio autē, alicuius rei productio est: quare videtur quod omnis actio sit productiua rei alicuius.

Qui affirmant per omnem actionem etiā immanentem aliquid produci, duabus progrediuntur vijs. Alij enim qui affirmant intellectioem & dilectionem esse qualitates non actiones, aiunt qualitates istas produci per actiones antecedentes. In qua sententia fuere Durand. & Ioan. Scotus. Quæ actiones ita se habent ad qualitates productas sicut calefactio ad calorem; ita vt sint solum ex natura rei distinctæ à qualitatibus productis, siue formaliter, siue modaliter. Cui sententiæ quod scilicet intellectio, aut dilectio producat per actionem antecedentem, adiungunt nōnulli has actiones per quas producuntur cognitio, & appetitio esse actiones immanentes, vt antea meminimus: quia cum non distinguantur à termino producto, scilicet ab ipsa cognitione, & appetitione etiam in parte sensitua; consequitur, vt sicut hæc manent in potentia cognoscente, & appetente, manent actiones per quas produ-

Confirm.

21.

1.

Partis contrarie titulo Fundam.

2.
Huius partis duæ viæ. Prior ponentium actiones antecedentes productrices intellectioem, & dilectionis. Durand. Scot.

Additamentū Suar. tom. 2. disp. 48. eas actiones antecedentes esse immanentes.

ducuntur in eadem potentia: & ita dicunt esse actiones immanentes, & poni in genere actionis, quia tam actio immanens, quam transiens, ex eorum placito, est pura via ad aliud, & solus modus rei.

Hoc tamen quod additur in hac opinione, nouum est, vt reor, & inauditum. Nam cognitionem & appetitionem omnes cum Aristotele vno consensu vocant actiones immanentes, siue dicant esse qualitates, siue actiones. Nouum ergo est vocare actiones immanentes illas antecessedentes, per quas aiunt has qualitates produci; nam hactenus solitum erat dicere has actiones transeuntes, quia transeunt in effectum distinctum ab agente; cognitio enim & appetitio sunt res distinctae ab agente, quas qui dicunt per alias actiones produci; eas actiones haud dubie vocant transeuntes. Et quidem si qua actio manet in agente, quae sit pura via ad aliud producendum, etiam si fortasse non sit simpliciter actio transiens quia non transit in aliud subiectum, vt explicatum est, tamen ad actiones transeuntes reuocanda est: ne in numero actionum immanentium ponamus, nisi actus qui sunt potentiae perfectiones, vt Aristoteles posuit; quod postea declarabimus. Quare ob hoc etiam ista sententia displicet, quia docet, contra Aristotelem, actionem immanentem esse puram viam ad aliud producendum: praeterquam quod docet contra eundem Aristotelem, cognitionem, & appetitionem non esse actiones, sed qualitates.

Illorum vero, qui concedunt cognitionem, & appetitionem esse veras actiones, sunt qui affirmant ita esse veras actiones, vt sint productiones alicuius rei ex intrinseca ratione; neque posse intelligi actionem esse immanentem, quae non sit productio. Nam sicut agere est efficere, ita & actio est quaedam effectio; necesse est autem vt is qui efficit, efficiat aliquid, & vt effectio sit alicuius rei effectio, siue productio; ergo nulla actio constat sine termino producto.

Dicendum tamen est non pertinere ad rationem actionis immanentis ex genere suo, vt per illam aliquid producat: nam actio immanens est quidam motus quo potentia tendit in suum obiectum: & ita illa tensio siue latio potentiae in aliud, proculdubio est actio, etsi nihil per illam producat. Nam vt dicebamus in 2. p.

A huius cap. intellectio vt sic, non est principium operationis, neque est terminus; sed est ipsa operatio, qua potentia tendit in aliud, scilicet in obiectum: ergo etsi detur intellectio, quae nihil omnino producat, adhuc est actio; quia adhuc est via, tensio, & latio potentiae in aliud; & haec est propria ratio generica actionis immanentis. Quod autem per actiones immanentes producat aliquid, vel accidit ex perfectione ipsius potentiae, quae per actionem perfectam producit habitum similem; vel etiam ex intrinseca ratione aliquarum actionum immanentium, quae habent terminos intrinsecos, vt explanatum est. Sed actio immanens ex genere suo non est productio, neque effectio rei alterius; vt liquet in visione beatorum, quae est vera actio, & per illam non producitur verbum, aut habitus; & de intuitu quo se Angelus inspicit, idem sentimus.

B Quare negandum est idem esse agere, & efficere siue producere; & idem esse actionem, & effectioem siue productionem. Nam efficere & producere indicat suas actiones transeuntes, quae non possunt intelligi sine terminis productis: agere vero complectitur etiam immanentes actiones. Quod ostenditur vsu ipso loquendi, quod est sapientius eius sententiae, quae in mente residet, indicium. Querenti enim, quid agamus? contingit dari responsum frequens, meditari nos aliquid, vel cogitare de re aliqua; quia meditatio ipsa mentis est vera actio.

C Iam igitur ostendendum est, non per omnem actionem immanentem aliquid produci. Et quidem in ipsa actione videndi libet facere periculum, remque ipsam experiri; cernimus enim ipsis oculis in pupilla alterius species visibiles reflexas ad nos, sicut in speculo: & species illae non sunt expressae ab altero, quia non essent reflexae ad nos; sed essent emissae, directaeque ad nos; & non cernerentur: sunt ergo species impressae a re visibili externa. Cum ergo illae sint actuales similitudines receptae in oculo, satis clare representantes rem nobis aspicientibus ad quos sunt reflexae, multo melius per se ipsas representabunt rem ipsi homini in cuius pupilla sunt, quique eis utitur in proprio sensu receptis: cum ergo haec sufficiant, non sunt in illo sensu aliae species expressae per actum visionis productae.

Deinde

Actio immanens vt sic, est quidam motus, via, tensio, & latio potentiae in aliud, scilicet in obiectum.

Vnde accidat quod producat habitum, vel terminum.

6. Ad fundamentum contrarium.

Actio latius patet quam productio siue effectio.

Ostenditur vsu loquendi.

7. 2. fundamentum.

De actione videndi.

Species visibiles quas in oculo Petri, v. c. intuemur, sunt impressae & reflexae ad nos, satisque clare rem Petri saltem exprimentes.

3. Hec additamentum iudicatur nouum & contra Arist. Si quae dantur tales actiones sunt transeuntes, vel saltem ad transeuntes reuocanda.

Suaris sententia est contra Aristot. in duobus.

4. Posterior via afferentium cognitionem, & appetitionem ex intrinseca ratione esse productiones. Fundam.

5. Vera sententia. 1. fundam.

Ratio.

concedendum enim esset simpliciter, & absolute quod Filius, & Spiritus Sanctus habeant verbum, sicut & intellectio.

Confirmatio.

11.

Aristotel.
sapr. p. 2. citatus.

Quod non per omnem actionem immanentem producat terminus, affirmat Aristot. pluribus in locis parte 2. commemoratis, ubi distinguit istas actiones à transeuntibus; quia per eas nihil producit, saltè per se & necessariò, vt exposuimus. Et de sensu externo id clariùs affirmat, vti iam disputatum est.

12.

S. Thom.
Alensis.
Capreol.
Torres.

Eadem est sententia S. Thom. 1. contra gent. cap. 100. & quodlib. 5. art. 9. & Alexand. Alens. 9. Metaphy. text. 16. & Ioan. Capreol. in 1. d. 27. q. 2. art. 3. Bartholom. Torres q. 27. art. 1. disput. 4. Et hæc est Thomistarum frequens opinio.

S. August.
falsò pro contraria sententia citatur.

Falsò autem oppositæ S. August. auctor commemoratur. 11. de Trinitate cap. 2. iudicasse per operationem sensus nostri etiam externi, imaginem rei quam sentimus, formari, vt ipsi existimant. Sed iniuriâ sibi illius suffragium postulant; nã eo loco S. Augustinus sapiùs docet à re sensibili deriuari in sensum similitudinè siue formam; & sensum, verbi gratia, visum, informatum esse ipsam visionem.

Verba
S. Aug.

Cum, inquit, idem corpus videtur, & ipsa forma, quæ ab eodem imprimitur sensui, quæ visio vocatur. Et iterùm. Ex corpore quod videtur gignitur visio, id est, sensus ipse formatus. Non quòd S. August. crediderit visionem, & similitudinem esse rem eandem; sed quia vtraque est forma visus, quâ vtrâque videntes vtimur, sensum informatum vocat visionem. Et iste est verus commentarius S. Augustini. Sed ex his minimè colligitur quòd ille senserit per visionem ipsam procedere aliã secundam similitudinem: cui potius sententiæ repugnat. Nam ibidem sapiùs affirmat istam similitudinem imprimi visui: ea autem similitudo, quæ per operationem procedit, non dicitur imprimi, sed exprimi; quia est expressa similitudo. Neque verò dicitur exprimi ab obiecto, sed à potentia affecta similitudine prima, quæ ab obiecto imprimitur: Augustinus autem ait eam imprimi ab obiecto. At verò verbum intelligibile ait procedere de memoria, in qua iam est similitudo prima: & idcirco verbum procedens est secunda similitudo; quæ in sensu non est; verbum enim non esse in sensu idè Doctor sanctissimus restatur lib. 9. de Trinitate cap. 20. & Marius Victor. lib. 3. contra Arium, quasi progressionem sui visio. Sed ne intelligeremus visionem progredi genito verbo, sicut intellectio progreditur, subiicit, quasi, inquam, non enim progreditur, neque à se exit. Non habet ergo visio terminum productum, quo producendo quasi à se exeat, vt intellectio.

Verus eorum
commentarius.

S. August.
ibi contrariæ sententiæ repugnat.
Ostenditur.

Eadem est sententia S. Thom. 1. contra gent. cap. 100. & quodlib. 5. art. 9. & Alexand. Alens. 9. Metaphy. text. 16. & Ioan. Capreol. in 1. d. 27. q. 2. art. 3. Bartholom. Torres q. 27. art. 1. disput. 4. Et hæc est Thomistarum frequens opinio. Falsò autem oppositæ S. August. auctor commemoratur. 11. de Trinitate cap. 2. iudicasse per operationem sensus nostri etiam externi, imaginem rei quam sentimus, formari, vt ipsi existimant. Sed iniuriâ sibi illius suffragium postulant; nã eo loco S. Augustinus sapiùs docet à re sensibili deriuari in sensum similitudinè siue formam; & sensum, verbi gratia, visum, informatum esse ipsam visionem. Cum, inquit, idem corpus videtur, & ipsa forma, quæ ab eodem imprimitur sensui, quæ visio vocatur. Et iterùm. Ex corpore quod videtur gignitur visio, id est, sensus ipse formatus. Non quòd S. August. crediderit visionem, & similitudinem esse rem eandem; sed quia vtraque est forma visus, quâ vtrâque videntes vtimur, sensum informatum vocat visionem. Et iste est verus commentarius S. Augustini. Sed ex his minimè colligitur quòd ille senserit per visionem ipsam procedere aliã secundam similitudinem: cui potius sententiæ repugnat. Nam ibidem sapiùs affirmat istam similitudinem imprimi visui: ea autem similitudo, quæ per operationem procedit, non dicitur imprimi, sed exprimi; quia est expressa similitudo. Neque verò dicitur exprimi ab obiecto, sed à potentia affecta similitudine prima, quæ ab obiecto imprimitur: Augustinus autem ait eam imprimi ab obiecto. At verò verbum intelligibile ait procedere de memoria, in qua iam est similitudo prima: & idcirco verbum procedens est secunda similitudo; quæ in sensu non est; verbum enim non esse in sensu idè Doctor sanctissimus restatur lib. 9. de Trinitate cap. 20. & Marius Victor. lib. 3. contra Arium, quasi progressionem sui visio. Sed ne intelligeremus visionem progredi genito verbo, sicut intellectio progreditur, subiicit, quasi, inquam, non enim progreditur, neque à se exit. Non habet ergo visio terminum productum, quo producendo quasi à se exeat, vt intellectio.

A su non est; verbum enim non esse in sensu idè Doctor sanctissimus restatur lib. 9. de Trinitate cap. 20. & Marius Victor. lib. 3. contra Arium, quasi progressionem sui visio. Sed ne intelligeremus visionem progredi genito verbo, sicut intellectio progreditur, subiicit, quasi, inquam, non enim progreditur, neque à se exit. Non habet ergo visio terminum productum, quo producendo quasi à se exeat, vt intellectio.

S. August.
alibi.
Mar. Vict.

QUINTA PARS.

Per intellectioem producit verbum, & per dilectionem amor.

Hæc parte cap. residuum est, vt ex dictis colligamus verbum per intellectioem procedere. Nam si intellectio est vera actio, vt comprobauimus; & est præterea actio talis per quam aliquid possit produci, vt ostendimus: Quid dubij est quin per illam producat verbum? Hæc autem consequentia ab alio quoque principio ducitur, quòd verbum distinguatur ab intellectioe saltè ex natura rei: nam si nõ distingueretur, sed esset ipsa intellectio, nõ posset intelligi quòd per illam produceretur. Quòd si verbum ab intellectu emanat, & non est ipsa intellectio; sanè per intellectioem producit: verissimum enim est illud assertum, quod ex dictis liquet, nullam esse actionem intellectus, nisi ipsam intellectioem. Quòd etsi fingamus esse aliquam actionem quasi transeuntem in intellectu ipso, de qua re disputauimus 3. parte cap. adhuc non esset negandum verbum procedere per intellectioem; quoniam verbum est terminus intellectiois, vt fatentur omnes qui norunt intellectioem, & verbum esse distincta; & intellectio est actio productiua; ergo maximè producit suum proprium terminum. Commune quippè est omni actioni productiua, vt producat suum terminum, vt constat etiam ex dictis 3. parte: nam actiones immanentes, quæ terminum non producant, neque habitum producant, vt diximus. Et licet istæ actiones sint causæ sequentis actionis, vt ibidem disputauimus, non sunt actiones actionum, sed concurrunt vt formæ agentis. Omnis ergo actio immanens si quid producit, primò, & per se producit terminum; ergo per eam intel-

1. fundam. corollarium ex dictis.

2. fundam.

Actio productiua maximè producit suum proprium terminum.

Obiectioni occurritur. Actiones immanentes quæ sunt causæ aliarum, non sunt actiones actionum, sed concurrunt vt formæ agentis.

lectio.

lectionem per quam aliquid potest produci, maximè & præcipuè verbum producit.

2.
Confirm.
Loqui mente est intelligere, sed loqui mente est producere verbum; ergo, &c.

3.
S. August.
Sapient. 2.
Matth. 9.

Idè confirmatur illo argumento, quòd loqui mente est intelligere: loqui autem mente est producere verbum: ergo ipsum producere verbum est intelligere; est ergo productio verbi ipsa intellectio.

Quòd autem ipsum intelligere sit loqui mente, siue dicere, comprobamus auctoritate S. August. 15. de Trinitate cap. 10. quod ipse commonstrat ex verbis sacris Sapientia 2. *Dixerunt apud se cogitantes.* Et Matth. 9. *Dixerunt intra se, Hic blasphemat.* Quibus Christus Dominus respondit, *Quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Et Luc. 5. hoc idem confirmat. Idem docet S. Fulgent. lib. 3. ad Mon. cap. 7. *Nihil inquit, aliud est intra se dicere, quam intra se cogitare.* Hæc ipsa est sententia S. Anselmi Monolog. 34. certissima & cõstans, quòd intelligere sit ipsum dicere. Quod tamen assertum in diuinis sale cõdiendum, & commentario elucidandum est.

Luc. 5.
S. Fulgent.

S. Anselm.
explicandus.

4.
Ad confirm.
Scot' negat maiorem, concedit minorè.

Huic argumento Ioannes Scotus, & Durandus contraria respondent. Scotus negat propositionem maiorem, quòd loqui mente sit intelligere; sed loqui mente est, inquit, producere verbum; producere autem verbum non est intelligere, sed duntaxat producere, quæ est actio antecedens intellectioem; & ipsam intellectioem dicit esse verbum. Durandus verò concedens maiorem propositionem, quòd loqui mente sit intelligere; negat minorem, quòd loqui mente sit producere verbum: nam sicut, inquit, in mente verbum & intelligere est idem, ita intelligere & loqui idem est. Et dum vterque alterutrum oppugnat nostræ sententia vterque cedit.

Durandus viceversa.

5.
Scotus impugnatur primò.

At verò contra Scotum negatè quòd loqui mente sit intelligere, obijcimus communem concipiendi modum; loquimur quippè non verbum duntaxat, sed loquimur res cognitatas; quod nõ est producere, sed intelligere. Et quæ loquimur aimus vel negamus: affirmare autem & negare intelligere est. Quare loquutio est vera, vel falsa: efficere verò verbum non est verum, aut falsum. Et confirmatur, quia data hypothesis quòd aliquid agens extraneum efficeret verbum in intellectu meo; illud quod verbum efficit

Secundò.

Tertiò.

Confirmatur impugnatio.

A non loqueretur: imò ego ipse si, quod est impossibile, efficerem verbum non aduertens ad id, non loquerer, quia non intelligerem etiamsi verbum efficerem; sicut si proferrem verbum sensibile non aduertens: sanè idcirco, quia ipsum loqui mente est intelligere. Nos verò dicimus, quòd ipsa productio verbi est intellectio; quare si verbum loquendo producamus, hoc ipso intelligimus.

Durandum similiter arguit commune hominum arbitrium, & non minus peritorum. Nam intelligere non indicat quòd intelligamus in verbo; loqui autem intrinsecè includit verbum, sicut calfactio calorem: non ergo idem est intelligere, & loqui. Illud etiam quod Durandus docet, illi concedimus, verbum mentis in hoc differre à sensibili verbo; quòd verbum sensu perceptum repræsentat seipsum, & per sui notionem repræsentat re, ducens à notione sui ad notionem rei: verbum verò mentis esse ipsam formalem repræsentationem, quæ non repræsentat se, sed est forma in qua aliud repræsentatur, & est præsentia quadam obiecti, siue repræsentatio. Non tamen conficitur, quod ipse arbitratur, vt verbum istud, & repræsentatio formalis sit loquutio: loquutio enim est ex parte potentia; repræsentatio autem etiam formalis est ex parte obiecti: quare loquutio est vera actio; & repræsentatio ista est terminus. Imò, vt antea notauimus, hoc ipsum argumentum conuincit verbum nõ esse intellectioem, neque loquutionem, quod est consequens. Nam repræsentatio fit potentia cognoscenti; ergo obijcitur repræsentatio ipsi cognitioni; cognitio enim est latio, siue tensio potentia in obiectum, quæ nisi tendat, nihil ei repræsentabitur; repræsentatio verò occurrit potentia loco obiecti. Et similiter loqui est tendere in rem cognitam; verbum autem declarat rem cognitam, & ita tendimus ad rem declaratam in verbo; quare & in verbum ipsum tendimus; non tamè quòd cognoscamus prius verbum, vt postea docerimus; non est igitur loquutio verbum, sed loquutio est intellectio productiua verbi. Quamobrem necesse est vt verbum producatut per intellectioem; imò per solam intellectioem, hoc est, per nullam aliam actionem, quod ex predictis est apertissimum. Et de amore procedente idem dicendum, videlicet, quòd

Impossibile est me efficere verbum non aduertente ad id: Sed si sic efficerem, non loquerer.

6.
Durandus impugnatur.

Intelligere nõ includit intrinsecè verbum; loqui includit.

Discrimen inter verbum sensibile, & intelligibile.

Non probat pro Durando, sed cõtra illud. Loquutio est ex arte potentia, & est vera actio.

Repræsentatio autem etiã formalis est ex parte obiecti, & est terminus.

Repræsentatio loco obiecti occurrit potentia cognoscenti, & ipsi cognitioni.

Loqui est tendere in rem declaratam in verbo, ac proinde in ipsum verbum.

quod per nullam aliam actionem produ-
citur, nisi per solam dilectionem.

Confirmatio.

Quod per intellectiōem procedat
verbum docet cum S. Augustino
S. Thomas sectator pluribus in locis,
quæ recitauimus cap. præcedente in cō-
firmatione partis secundæ. Et quidem
S. Thomas 1. p. q. 27. artic. 2. id docet
apertissimè, & pluribus alijs in locis; &
cum eo consentiunt S. Bonauent. in 1.
d. 27. q. 1. art. 2. Richard. d. eadem q. 1.
Ægid. q. 2. Heruzus tract. de Verbo,
Viguerius de Catholicis institutionibus
cap. 1. Francisc. Ferrar. 3. de anima q. 9.
Et in suis Comment. 4. contra gent. cap.
11. sicut Thomas Caiet. 1. p. loco reci-
tato, & cæteri Thomistæ summo con-
sensu hoc ipsum prosequuntur.

SEXTA PARS.

*Intellectio qua verbū producitur, essen-
tialitèr est verbi productio.*

Vltimo loco disputandum est quo-
nam pacto verbū per intellectu-
nem producat? Barthol. Torres vir sa-
tis doctus ad art. 1. q. 27. disput. 1. arbi-
tratur duas esse actiones in intelligente,
alteram qua verbum producitur; alterā
per quam res intelligitur, quæ est ipsa
intellectio: & ita putat se effugere argu-
mentum illud difficile, quomodo verbū
concurrat ad intellectiōem, cum intel-
lectio sit productio verbi, & antecedit
illud? Respondet intellectiōem nō esse
formalitèr productionem verbi, sed has
esse duas actiones ex natura rei distin-
ctas; & vocat in patrocinium Francisc.
Ferrar. 4. contra gent. cap. 13. Sed nulla
isthæc est euasio. Primum, quia si conce-
dit cum S. Thom. verbū procedere per
intellectiōem, etiamsi sit actio alia an-
terior, per quam simul producat ver-
bum, tota efficacia argumenti adhuc cō-
sistit: siquidem intellectio est causa verbi
physica in genere efficientis; ergo verbū
non concurrat ad illam. Præterea etiamsi
singamus verbum non procedere per in-
tellectiōem, sed per quandam actionē
antecedentem: consequens est vt verbū
antecedit intellectiōem; quare nō erit
eius terminus, sed principium. Adhuc
consequens esset quod verbum produ-
ceretur ante aduersionem intellectus,
quod ostendimus esse impossibile; quia

A actualis similitudo post speciem impres-
sam producta, pendet à voluntate; ante
aduersionem verò siue attentionem in-
tellectus, nulla eius actio à voluntate
pendet. Imò nulla est actio intellectus,
quæ non sit intellectio. Præcipuum autē
argumentum contra istam positionem
illud est, quod verbum est necessarium
vt proprius terminus per intellectuē
productus; eò quod intelligere sic per
verbum, est proferre ipsum verbum, vt
statim dilucidabimus. Quod si verbum
per intellectuē procedit, nulla est cau-
sa ponendi aliam actionem anteceden-
tem; maximè, quia per actionem quæ an-
tecederet intellectuē, principalitèr
produceretur ipsa intellectio, quæ verbū.

B Deindè quod inter intellectuē, &
verbū sit alia actio media, iam superius
reiecit; quare reliquum est, vt ipsa in-
tellectio sit productio verbi; quod con-
firmatur argumento sapius repetito: est
enim loqui ipsum intelligere: & loqui est
ipsum verbum producere; quare intelli-
gere est producere verbum. Illa ergo in-
tellectio quæ est sine verbo, non est pro-
ductio verbi; illa autem quæ est cum ver-
bo connexa, ipsa est verbi productio.

C Vnde etiam colligo quod ea intellectio
est essentialitèr productio verbi; nam cū
productio verbi sit quædam actio; & nō
sit actio antecedens intellectuē, ne-
que consequens, fit vt sit ipsa intellectio
essentialitèr; aliàs saltèr ex natura rei
esset distincta, & antecederet vel conse-
queretur. Sunt ergo duæ species intelle-
ctionis in rebus creatis, alia sine verbo
quæ non est loquutio, cuius principium
est actualis similitudo, & nullus est ter-
minus productus: alia quæ est productio
verbi, vnde etiam est vera mentis loquu-
tio, cuius principium est similitudo non
actualis, sed in habitu, quæ dicitur spe-
cies impressa; terminus verò est similitu-
do actualis, quam verbum nuncupamus.

D Et hac in re videtur nobiscum consenti-
re Thomas Caiet. qui ait quod dicere ad
intelligere comparatur vt species ad ge-
nus: est enim dicere quoddam intelli-
gere; dicere autem est intelligere in verbo;
intelligere autem in verbo est quædam
intelligendi species.

Sed obseruandum hic est, quod non
sunt synonyma dicere, & producere ver-
bum; & idcirco negauimus antea illam
consequentiam, dicere est producere ver-
bum;

7.
S. Aug.

S. Thom.

S. Bonauent.
Richard.

Ægid.

Heruzus.

Viguer.

Ferrar.

Caiet.

1.
Sententia
Torres.

Ferrar.

Impugnatur
1.

Impugnatur
2.

Ante aduersionem intellectus
nulla eius ac-
tio à volunta-
te pendet,

Impugnatur
3. & præcipue.

2.
Impugnatur
4.

Loquutio, seu
intellectio,
quæ est cū ver-
bo connexa,
est verbi pro-
ductio.

In rebus crea-
tis sunt duæ
species intelle-
ctionis.

Alia non est
loquutio, alia
maximè.

Caiet.

3.

1. aduertendū.
Non sunt sy-
nonima dicere,
& producere
verbum.

bum; ergo dici verbum est produci. Nam Deus & intellectus agens producant verbum in intellectu possibili, & illa productione non intelligunt, quare neque dicunt; dicere enim est quoddam intelligere. Videndum ergo est quomodo comparentur inter se dicere, & producere verbum.

Dicendum igitur est, quod producere est agere ea actione à qua emanat effectus; quare illa actio immanens à qua nihil emanat, non est productio, ut diximus. Dicitio verò est quaedam actio immanens à qua verbum oritur, & est quaedam species actionis, & productionis: quare neque actio, neque productio aliquid addunt dictioni siue actioni dicendi; sunt enim prædicta communia, quæ nihil addunt inferioribus, ut color non addit candori. Quare ij etiam falluntur, qui aiunt intelligere & dicere esse distincta formaliter eminentè, tum quia ea distinctio formalis eminentè est in Deo singularis, ut diximus lib. 1. cap. 3. parte 2. tum quia non sunt duæ actiones, sed altera est species, altera genus; quia dicere est quoddam intelligere; & est quoddam agere, & producere.

Deindè est aduertendum quod actiones immanentes quæ habent terminum, non sunt puræ productiones, ut diximus, sed habent terminum, quo medio respiciunt obiectum; quare ipsum obiectum respiciunt principaliter, terminum verò propter obiectum ut medium per quod tendunt in obiectum. Quam ob causam ista habitudo ad obiectum debet indicari in recto, habitudo verò ad terminum in obliquo. Ex quibus consequitur primò, ut dicere, & producere verbum non sint idem; quia in hoc quod est producere verbum, non adhuc explicatur habitudo ad rem, quam producto verbo intelligimus. Et eapropter intellectus agens producit verbum in intellectu possibili, & tamen non dicit verbum, neque intelligit. Post hæc secundum consecrarium est, quod dicere non definiatur ita benè per producere; quia producere in recto indicat terminum productum, intelligere verò nõ terminum productum, sed obiectum: melius ergo definiatur dicere per verbum significans cognitionem obiecti, posito in obliquo termino producto. Dicere igitur secundum rationem com-

munem productionis comparatur cum verbo producto, secundum verò differentiam propriam comparatur cum obiecto: & ita rem dicimus, hoc est, intelligimus; verbum verò dicimus, hoc est, producimus. Quod si obijcias, dicere videri æquiuocum, dum significat producere, & intelligere; alium enim conceptum habemus audito hoc enunciato, Dico verbum, hoc est, profero, sine produco verbum; vel alia significatione, Dico verbum, hoc est, ipsum verbum intelligo. Respondendum est negando esse æquiuocum; sed videri tamen æquiuocum, quia secundum rationem generis, ut est productio, comparatur cum termino, & secundum rationem speciei cum obiecto; sicut eadem relationem diuersa aduersione animi comparamus cum termino relatiuo, & cum subiecto. Sed utramque rationem productionis, & cognitionis in eadem actione oportet complecti, quia scilicet productio nihil addit intellectioni, sed est genus illius intellectiois specificæ, siue loco generis, ut iam dicemus.

Est enim argumentum hoc loco confutandum; cum etenim ponamus actiones quasdam immanentes, quæ sunt per se, & essentialiter productiones; sicut actiones transeuntes essentialiter productiones sunt; videtur quod totum genus actionis sit productio, & quod omnis actio immanens sit productio, contra sententiã, quam antea firmauimus. Probatum consequentia, quia differentia, quæ per se & essentialiter cõuenit speciebus oppositis, per se etiam inuenitur in genere in quo conueniunt: cum ergo aliquot actiones immanentes sint essentialiter productiones, & transeuntes similiter; consequens est ut actio in genere sit essentialiter productio.

Ad hoc illa est scita responsio, maiorè propositionem veram esse, si differentia illa communis speciebus sit quid vniuocum; non verò si sit analogum: nam rationale inuenimus in homine, & Angelo essentialiter per se, & non in substantia, quod est genus. Hic verò est analogia aperta, nam actio immanens est productio minus principaliter, ut comparatur cum termino, principaliter verò respicit obiectum; actio verò transiens nihil est, nisi pura productio. Quare actio immanens, & transiens, utraq; cõuenit

4.
2. aduert.
Agere & producere comparantur cum dicere, ut superius cum inferiori.

Cõtra Bañes
1. p. q. 27. ar.
1. Dub. 2.
Intelligere, & dicere nõ sunt distincta formaliter eminentè.
Probat. 1.

Secundò.
Non sunt duæ actiones.

5.
3. aduert.
Dicere principaliter, & in recto indicat habitudinem ad obiectum: ad terminum in obliquo.
1. consecrariũ.
Discrimen inter dicere, & producere verbum.

2. consecr.
Dicere non ita benè definiatur per producere, ut per intelligere.

1. obiectio.

Respons.
Dicere non est æquiuocum ad utrumque, sed secundum rationem genericam est producere secundum specificã est intelligere

6.
2. obiectio.

7.
Respons.
Differentia quæ per se, & essentialiter cõuenit speciebus oppositis, per se inuenitur in genere, si ille sit quid vniuocum: non verò si sit analogum.

Actio immanens est pura actio.

Sed nō est pura productio; imō est productio min⁹ principaliter, & analogicē.

8. Productio nō est uniuoca ad immanentem & transeuntē, nisi forte in sententia min⁹ probabili tradita hoc capit. 3. p. s. iam queritur.

Etiam sic, impugnatur.

nit in conceptu uniuoco actionis; quia utraque est pura actio: nam si actio immanens esset qualitas, ut quidam posuerunt, iam non conueniret in conceptu actionis uniuoco, quia non esset pura actio, sed esset actio alterius rationis. Nomine igitur productionis non conueniunt uniuocē, sed analogicē; quia actio transiens est pura productio, actio uero immanens non est pura productio, sed est actus informans; & principaliter tendens in obiectum, min⁹ principaliter producens terminum. Neque ullus unquam dixit productionem esse genus logicum.

Quod si hæc ratio analogiæ min⁹ placet, uelisque nomen productionis esse uniuocum, licebit dicere actionem immanentem non esse productionem; sed inter illam & terminum productum esse mediam actionem productiuam solum ex natura rei distinctam à termino producto, ita tamen ut utrumque fluat ab actione immanente, per quam absque dubio producitur suus terminus. Sed potest quis dicere quod non producitur terminus per actionem immanentem, tanquam per productionem, sed tanquam per causam efficientem. Nobis longè uidetur uerosimilius ipsam actionem immanentem se ipsa esse productionem, non puram productionem; sed hoc esse productionem, quia est actio à qua dimanat suus terminus, & ita esse productionem analogicē.

CAPVT III.

Argumenta refelluntur.

1. argum. contra 1. p. capitis precedentis.

Contra primam partē capitis precedentis probatur, quod actiones istæ immanentes non sint ueræ actiones eius potentia in qua sunt, sed sint solæ passionēs; quoniam agens & passum sunt relata, relata autem sunt res simpliciter distinctæ: ergo potentia, quæ recipit has actiones immanentes, & est passum, non est simul agens quod eas actiones producat.

2. argument. contra secundam part. Soncin.

Contra positionem secundæ partis capitis, de qua est controuersia, ex Soncinatē 5. Metaphysic. quæst. 36. probatur, quod hæc quæ dicuntur actiones immanentes, non sint ueræ actiones, sed qualitates. Omnis enim actio habet spe-

Aciem à termino, ut calefactio à calore; & omnis item actio successiua est, siquidem est motus, ut docet Aristot. 3. Physicor. tex. 19. & adhuc omnis actio infert passionem, ut ex eodem libr. colligitur. Sed hæc non reperiuntur in actione immanente; nam neque terminum habet, ut ipse Aristot. docet, per eam scilicet nihil produci; neque est successiua, cum sit in instanti; neque infert passionem, quod nos ipsi docuimus; ergo non est uera actio.

B Hoc idem confirmant auctoritate Aristotel. 3. de Anima cap. 7. dicentis sensum non alterari, neque pati; & hos actus non esse imperfecti, ut motus, sed esse actus perfecti; quod de intellectu quoque dubitandum non est. Quod si intellectio est uera actio, est entis in potentia prout est in potentia, & est actus imperfecti.

C Tertiò idem probatur, quia actio est quædam productio, & modus quidam rei non distinctus à re producta, ut omnes confitentur: sed actio immanens ut sic, non est productio, cum non sit necesse, ut per illam aliquid producat; neque est modus rei, quod est imperfectum quid: sed est forma perfecta, & est res absolutè distincta ab alijs, quæ per illam producuntur, utpotè ab habitibus; ergo actio immanens non est uera actio. Et confirmatur, quoniam hæc actio est forma perficiens, & non est productio ex propria ratione: actio uero transiens non est forma, sed est uia ad formam, & est ipsa productio: hæc autem non uidentur in aliquo uniuoco conuenire, quod sit genus supremum; ergo actio immanens non est in genere actionis. Et iterum confirmatur, quoniam passio est quasi contraria actioni transeunti; nam actio immanens non infert passionem; contrariorum autem eadem est ratio; ergo sicut passio est genus summum, ita actio transiens, quæ est illi contraria, est genus summum; actio uero immanens ab isto genere reijcitur.

D Quartò idem probatur, ostendendo eas esse qualitates; qualitas enim est forma quædam perficiens subiectum, qua maximè boni, uel mali sumus, similes, aut dissimiles; sed actiones immanentes huiusmodi sunt, ut liquet; ergo sunt qualitates, non ueræ actiones.

Quintò

Arist.

3. Confirm. Arist.

4. Tertium.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

Quartum.

5. contra tertiā part.

Aristotel.

6. contra quartam.

Confirm.

7. contra sextā & præcipuam. Arist.

Confirm.

8. Octauum.

9. Vltimum.

Capreol.

Quintò, contra tertiā partem cap. probatur quòd per nullam actionē immanentem aliquid producat, auctoritate Aristot. docentis, hoc eam distare à transeuntibus, quòd per eam nihil fit.

Sextò, contra partem cap. quartam ostendunt alij è contrario necesse esse, vt per omnem actionem immanentem aliquid producat; nā actio est effectio, sicut agere est efficere. Et confirmatur, quoniā actio ex propria ratione est quædam dependentia ab alio; siue quædam etiam via ad aliud; dependentia autem non potest ob hoc solum extare in rerū natura, vt pendeat ipsa ab alio, & nihil per illam aliud fiat: neque in hoc sistere potest, vt duntaxat sistat, & nihil per illā acquiratur, aut producat; ergo necesse est per omnem actionem etiam immanentem aliquid produci.

Septimò arguitur contra partem vltimam capitis, & præcipuam, ostendendo verbum non produci per intellectiōnem. Nam teste Aristot. 1. Ethicor. cap. 1. quòd fit perfectius est actione per quā fit; sed intellectiō est summa perfectio potentia; ergo verbum non producit per illam; aliās verbum esset præstantius intellectiōne. Et confirmatur, quoniā actio cessat cum peruenitur ad terminum; sed intellectiō non cessat producto verbo; ergo intellectiō non est actio, per quam verbum producit.

Octauò, idem ostenditur, quoniā saltē actio illa quæ habet terminum productum, speciem habet ab illo; quare non potest sine illo intelligi, aut defini, vt calefactio sine calore non percipitur; sed intellectiōnem rectē capimus sine verbo, cum multi sapientes ita intelligant; ergo verbum non est proprius terminus intellectiōnis, sicut calefactiōnis est calor.

Vltimò arguitur ad idem comprobandum; actio enim & terminus dicunt intrinsecum ordinem; sed sunt actiones immanentes sine terminis, vt visio beatorum, & visio externa sensus; ergo actio immanens cum termino non habet ordinem intrinsecum; ergo nullus est terminus actionis immanētis: nam si esset, daretur inter hæc necessaria colligatio.

Alia argumenta affert Ioan. Capreol. in 1. d. 7. q. 2. ex Ioan. Scoto, Aureolo, & alijs, quæ cum his simul confutantur; quædam etiam cap. sequenti.

A *Responsio.*

Quoniam ea, quæ opus est aduerte-
re ad confutationem argumentorum, sunt in tractatione quæstionis notata, ad responsionem statim accedendum. Ad primum respondetur concedendo antecedens, quòd agens & passū sunt relata reali relatione, & res simpliciter distinctæ; vbi est agens & passum simpliciter: quòd in actionibus immanentibus non contingit; quia ibi non est propriè passio; neque potentia in qua est actio, est simpliciter passum, vt diximus 1. parte capitis. Alia quæstio est, vtrum intellectus dicatur potentia simpliciter passiuus, vt Thom. Caiet. vult. 1. p. q. 79. artic. 2. Agimus enim nunc de passione physico motu; quæ in actu intelligendi non extat.

B

Ad secundum respondetur, quòd ea quæ Paulus Soncin. commemorat, sunt de actione transeunte intelligenda, non verò de immanente; & ad singulā dicimus actionem immanentē respicere obiectum pro termino, nō verò necessariò producere terminū: deindē non esse necessariò successiuam, sed posse esse successiuam, & intendi successione, ita vt fit successio quædam procedētis de imperfecto ad perfectum in ipso intelligēdi actu; quo indicatur illam esse actionē: sed posse etiam in instanti existere, quo diuersa est ab actione transeunte: esse tamen actionem immanentem progressionem quandam in aliud, quæ est propria ratio actionis in genere, & in hoc cum transeuntibus conuenire, vt statim dicemus. Denique dicimus actionem istam non inferre passionem propriè dictam (quo etiam à transeunte differt) sed inferre passionem impropriè; necesse est enim vt ipsa actio in subiecto recipiatur, quòd recipere impropriè pati vocatur.

C

D

Ad confirmationem respondetur sensum non alterari, neque pati motu alterationis, aut motu physico, vt affirmat: sed neque operatio sensus, aut intellectus est actus imperfecti; nam actus imperfecti est quo aliquid ab alio quo alio mouetur, non quo mouet se: nam quòd ab alio mouetur, est in pura potentia passiuus secundum illud quòd mouetur; & idcirco ille motus est actus entis in potentia, prout est in potentia: & idem est cum animal mouet se motu

10.

Ad 1. contra primam partē cap. præcedentis. In actionibus immanētibus nō ita est agēs vt sit propriè, ac simpliciter passum.

Caiet.

11. Ad 2. contra secundam.

Actio immanens potest esse successiuus, & intendi successiuè, & potest existerē in instanti.

12. Ad confirm.

Actus imperfecti est quo aliquid ab alio mouetur, non quo mouet se.

Sic est actus imperfecti motus localis, & omnis actio transiens,

locali, in quo est pars mouens & pars mota; & in omni actione transeunte. Quod autem profert à se actionem immanentem, licet sit in potentia passiva ad illam recipiendam, principaliter est in actu per potentiam actiuam, ut dicemus; & ita illa operatio non est actus imperfecti, & est actio in agente secundum eandem partem.

13.
Ad 3.
Actio immanens non est modus rei productæ.
Replica.

Ad tertium respondetur similiter comune illud pronunciatum, Quod actio est productio & modus rei productæ, interpretandum esse de actione transeunte, non verò de immanente. Quod si vrgeas illorum sententiã, qui affirmant vltima genera non continere res perfectas, sed modos quosdam rerum. Occurrendum est inficiando omninò illorum placitum; id enim non est necesse ita asseuerare, ut idcirco reiiciamus actiones immanentes, quæ sunt res perfectæ, à genere actionis; hoc enim genus actionis non contrahit illam imperfectionem ex propria ratione; licet sint in illo res imperfectæ, scilicet actiones transeuntes, quas, si libet, appelles modos reales; imò actio & passio fortè non differunt, nisi ratione, ut libr. 3. dicemus: quod de imperfecta actione intelligendum est.

14.
Ad 1. confirm.
Respond. 1.
Fortè in generibus vltimis satis est analogum.
Ratio.

Ad confirmationem, quæ maioris est momenti, respondetur primùm, quod fortè in his generibus vltimis non exigitur vniuocum, sed satis est analogum; cum etiam in illis desit prædicatio generis, & speciei, ut in genere Vbi, & Quando. At verò in genere Actionis sunt veræ prædicationes; quare & vniuocum genus videtur esse constituendū.

Respond. 2.
Actionis in genere propria ratio est, ut sit progressio in aliud.

Respondemus actionem esse quid vniuocum immanentibus, & transeuntibus; cuius actionis in genere propria ratio est, ut sit progressio, siue tensio potentie in aliud. Et licet species subalterne istius generis, quæ sunt actio immanens, & transiens, longo interuallo à se se distet; quia immanens est forma perficiens; transiens verò est pura via ad aliud; nihil prohibet in eodem genere contineri: quia perfectio differentie quantumuis excedat, non tollit vniuocum in genere; ut rationale, quæ est differentia hominis penè infinitum excedens alias, non extrahit hominem à genere vniuoco animalium. Iam verò quod actio immanens sit forma, nihil variat: nam & trãf-

Perfectio differentie quantumuis excedat, non tollit vniuocum in genere.

Aiens est forma siue actus, cum sit motus, qui ita definitur ab Aristotele, quod sit actus entis in potentia. Quod verò actio immanens sit forma perficiens, indicat esse actionem perfectam, quæ est perfectio agentis; quare per hoc non tollitur vniuocum à genere. Sed est aliud vnde egregiè instemus contra respòsum: actio enim, ut diximus, est quædam progressio in aliud, siue quædam tensio; progredi autem siue tendere in aliud videtur æquiuocè dici in actione transeunte, & immanente; tum quia in actione immanente progredi in aliud dicitur metaphoricè, cum actio illa non transeat ab agente in obiectum, nisi per metaphoram: tum maximè quia transgredi in aliud per solam habitudinem respiciendo obiectum, & transgredi in aliud efficiendo illud, æquiuocè dicuntur. Ad hæc tamen respondendum est, explicando maiorem propositionem, quod actio ut sic, dicitur progressio; hoc enim nomen per metaphoram dicitur de actione immanente; sed quia non habemus nomen proprium quo indicemus illam actionem veram qua potentia apprehendit siue attingit obiectum, utimur illis, aut similibus nominibus: nam & apprehendere, & attingere per metaphoram sunt dicta: significamus autem potentiam mouere se, siue agere se in obiectum, ita ut absque transitu in obiectum, coniungatur cum illo; & idcirco dixit S. Thom. potentiam dilatari, quasi augetur, & accrescat cum obiecto copulata, cum tamen extra potentiam nihil fiat. Et per hoc respondetur ad primam partem probationis, concedendo quod potentia non perueniat ad obiectum, ut ad terminum, nisi per metaphoram. Ad secundam partem probationis, quod æquiuocè dicatur progredi in aliud ut in obiectum, vel progredi in aliud efficiendo illud, respondendum maiori animaduersione. Nam si res consideretur ex parte termini, verum est æquiuocè dici; nam in actione transeunte esse terminum actionis est aliquid, quia est fieri: in actione verò immanente obiectum esse terminum, est solum nomen & relationis. Sed tamen si consideretur ipsa ratio actionis ex parte potentie, ut est id, quo potentia in aliud tendit ad modum illum explicatum, sanè tendere in aliud non dicitur æquiuocè; sed

Replica.

1. pars.

2. pars.

Occurritur 1. parti.
Non habemus nomen proprium, quo indicemus veram actionem, nisi metaphoricè illud progressiois, tensionis, &c.

Significatur motus, seu actio vniuersalis potentiam cum obiecto abique transita in illud.

Occurritur secundæ.

Ex parte termini est æquiuocatio in termino qui est obiectum, & in termino qui est effectus.

Ex parte potentie est vniuocatio in actione, nempe in

via, & progref-
fione in aliud
fue immanē-
te, fue trans-
eunte.

sed fue tendat potentia in aliud produ-
cendum, fue in aliud vt obiectum, ex
parte ipsius potentie est quedam via,
& quedā progressio, fue immanens, fue
transiens, quæ est propria ratio actionis.
Nam sicut, potentia, nomen est æquiuo-
cum ad eas potentias, quæ extra se pos-
sunt aliquid efficere, & ad eas quæ nihil
extra se efficiunt, sed producant dunta-
xat actiones quæ manent in illis; ita &
actio est nomen vniuocum ad actiones
vtriusque potentie.

15.

Ad 2. confirm.
Passio est qua
si contrarie, seu
potius relative
opposita actio
ni physica, nõ
verò actioni
in genere.

Ad secundam confirmationem respõ-
detur concedendo quòd passio est quasi
contraria actioni, seu potius relative op-
posita; sed hoc intelligitur de actione
physica, quæ est cum motu & passione
coniuncta: actio autem in genere vt cõ-
tinet etiam immanentes actiones, quæ
sine passionibus extant, non est opposi-
ta passioni; & idcirco nihil mirum quòd
genus actionis contineat plures species,
& sit amplius, quàm genus passionis:
actio enim continet etiam eas actiones
quæ sunt sine motu; passio verò solas
passiones, quæ sunt cum motu physico.

16.

Ad 4.
Actio ex gene-
re suo habet
quasdam affe-
ctiones cū qua-
litate commu-
nes.

Ad quartum respondetur, actionē ex
genere suo habere quasdam affectiones
cum qualitate communes, vtputa intē-
di, & remitti; vnde etiam magis & mi-
nus secundum actionem dici, vt magis
calefieri, vel minus: habere etiam con-
traria: at verò quòd per solas actiones
immanentes, non verò transeuntes, di-
camur boni vel mali, hoc accidit ex eo
quòd solæ istæ actiones sunt perfectio-
nes agentis, quæ non comprobantur esse
qualitates, vt dictum est. Et respondetur
ad argumentum cum Aristotel. verbis
conceptis; nam cum Plato assereret fel-
icitatem sitam esse non in operatione, sed
in quadam qualitate, quia per illam bo-
ni sumus. Contrà occurrit Philosophus,
non idcirco felicitatem esse qualitatem,
quia per illam boni sumus; nam bonum
in omni genere inuenitur; ergo & per
actionem immanentem, quæ est agentis
perfectio, rectè dicitur ipsum agens bo-
num, vel malum.

Ad Platonē.

Responsio
Arist.

17.

Ad 5. contra
3. partē ex di-
ctis supra.

Ad quintum iam declaratum est par-
te tertia cap. discrimen illud ab Aristo-
tele designatum inter actiones imma-
nentes, & transeuntes, & nihil vetare
vt per immanentes aliquid produca-
tur.

A Ad sextum respondetur negando an-
tecedens, quòd actio ex genere suo sit
productio, vel effectio, vt docuimus par-
te capitis quarta, quia agere non est effi-
cere, neque is qui agit, necessario aliqua
rem agit, hoc est, efficit: nam alio quo-
que loquendi vsu aliquid ago, & non ni-
hil ago dum lego, dum audio; quia latine
nihil agere est non agere, vt, nihil, non sit
cathegorema, sed negatio syn-cathegore-
matica; & aliquid, similiter. Imò quedā
eloquutione quasi reflexa aliquam rem
ago legendo, vel meditando, quia vtor
meis actibus.

B Verbis ergo planioribus,
nullam rem per visionem meam efficio,
dum video, sed solum vtor visione: sum
tamen verè agens dum video, & visio est
vera actio, seu operatio; non tamen actio
physica, quæ est motus, & sola productio
rei alterius. Ad confirmationem etiam
negatur prior pars maioris propositio-
nis, quòd actio immanens ex genere
suo sit dependentia; nam dependentia
est ipsa causalitas, & effectio, de qua cõ-
cedimus minorem propositionem, quòd
non potest sistere in se ipsa, ita vt sit de-
pendentia, & nihil ultra procedat: con-
trà, de parte altera argumentationis,
concedo quòd actio immanens ex ge-
nere suo est quedam via, fue progressio,
sed non pura via, vt sæpius inculcavi-
mus. Neque verò actio immanens sistit
omnino: sed eo modo quo est via in ali-
ud, non ad aliud producendum, sed est
via in obiectum; eodem modo non sistit,
sed pergit scilicet in obiectum. Quæ
verba etsi metaphorica sint, vt dictum
est in responsione ad tertium; tamen in-
dicant naturam actionis immanentis,
quæ aliud respicit, scilicet obiectum.

C Eodem loquendi modo dixit S. Thom.
1. 2. q. 1. art. 1. ad 2. impossibile esse vt
primum amabile sit ipse amor, aut pri-
mum visibile ipsa visio; quod intelligen-
dum est in rebus creatis; quia cum amor
tendat in aliud, impossibile est vt sistat
in se ipso, & ipse primus amor sit pri-
mum amabile. Et ita affirmamus actio-
nes immanentes non sistere in se ipsis;
quia tendunt in obiecta, & non sunt ip-
sa obiecta: hoc enim modo sisteret actio
immanens, si tensio illa in obiectum ef-
feret ipsum obiectum.

D Ad septimum respondetur, explican-
do theorema Aristot. scilicet id quod sit
esse præstantius actione; hoc enim intel-
ligitur

18.
Ad 6. contra
quartam p.
non dicitur se
suo proprio ob-
iecto in nihil
sistat

Latine nihil
agere est nõ a-
gere, vt, nihil,
sit negatio sin-
cathegorema-
tica: sic aliquid
syn-catheg.
Itam quasi re-
flexè aliquam
rem agit, qui
vtitur sua vi-
sione, intelle-
ctione, &c.

Ad confirm.
Actio imma-
nens ex gene-
re suo non est
dependentia.

Est via seu pro-
gressio, sed nõ
pura via.
Ad aliud, nõ e-
ad obiectum, per-
git metaphori-
cè, & sic non
sistit in re ip-
sa, nec est ipsū
obiectum.

S. Thom.
In creatis im-
possibile est,
vt primū ama-
bile sit ipse a-
mor, &c.

19.
Ad 7.
Aristotel.
explicatur.

Ad quod fit est
præteritius ac-
tione ea, quæ
est mediū, non
verò ea quæ est
finis rei pro-
ductæ.

Ad confirm.
Respond. 1.

Cessat motus
cum perueni-
tur ad finem: è
contra cessat
verbum cessan-
te actione.

Respond. 2.
Aliquæ actio-
nes transeūtes
durant prop-
ter res produ-
ctas.

In immanen-
tibus è cōtra.

Ad 8.
Respond. 1.

Intellectionē
quæ est verbi
productio, etiā
sapientes non
norunt, aut no-
minant in spe-
cie, sed solum
in genere.

Respond. 2.
In specienomi-
natur dictio à
speciōrioribus.

igitur in ijs in quibus id quod fit est fi-
nis actionis, quod necessariū est in trā-
euntibus: in immanētibus verò id quod
per illas producitur ad easdem ordina-
tur vt ad finem; nam de habitibus certū
est produci eos propter actus; actus enim
est finis cuiusque habitus. De terminis
verò intrinsicis vt de verbo, & amore
cap. sequēti ostendemus etiam ad hunc
finem dirigi, scilicet ad actionem imma-
nentem.

Ad confirmationem respōdetur simi-
liter, quod actio cessat producto termi-
no, cum terminus productus est finis ac-
tionis; cessat enim motus cum perueni-
tur ad finem: sed verbum non est finis
actionis; quare productio verbo non ces-
sat actio; imò durat verbum, dum durat
actio, quia verbum est propter actionē:
actio verò immanens durat dum conser-
uatur à potentia agēte, vt etiam durant
actiones transeūtes. Secundò respon-
detur, non esse necesse, vt productio ter-
mino cesset actio; sunt enim res quas
etiam productas necesse est actione per-
petua conseruari, vt lumen pendet ab
actione illuminantis, quæ actiones opus
est vt durent, ne res productæ intereant;
sed istæ actiones transeūtes durant pro-
pter res productas, quæ sunt finis illarū:
in illis verò immanentibus, terminus
productus durat propter illas.

Ad octauum respondetur distinguen-
do maiorem propositionem, quod actio
habens terminum non possit sine illo
intelligi, aut definiri; id enim verum est,
si actio per quam producitur per se ter-
minus, sit nobis nota in specie; tūc enim
nominatur suo nomine indicante ter-
minum; & ita omnibus est notum actio-
nem cum termino simul intelligi. Intel-
lectio verò quæ est verbi productio, la-
tet etiam sapientes; & non habet nomē
suæ speciei proprium quo terminus pro-
ductus indicetur; & ita nouimus intelle-
ctionem istam solum in genere, quam si
scitè definiamus, non nisi per terminum
explicabimus. Exemplum est in vulgo
hominum; norunt enim nutritionē non
intelligentes terminum nutritionis, qui
non indicatur ipso nomine; calefactionē
verò cum calore simul percipiunt, quia
nomine calefactionis designatur calor.
Præterea si attendamus quod dicere est
intelligere, iam habemus verbum hoc
quod significat intellectionem & verbū

A simul; nam dicere est proferre verbum,
& hoc ipsum est intelligere, vt dicemus
cap. sequenti.

Ad vltimū respondetur, actiones quæ
habent terminos esse cum illis intrinse-
co ordine colligatas; sed immanentes
quasdam habere terminos, quasdam nō
habere; actionem verò immanentem ex
genere suo non necessariò habere termi-
num. Et ita concedo primam consequē-
tiam quod actio immanens (scilicet ex
genere suo) non habet intrinsicum ter-
minum: sed negatur altera consequen-
tia; ergo actionis immanentis nullus est
terminus. Nam affirmatio potest intelli-
gi de actione immanente ex genere suo,
vt explicauimus: negatio verò tollit à
quauis actione immanente terminum,
quod est falsum. Circa illam propositio-
nem absolutam, actio immanens ex ge-
nere suo non habet terminum, in qua la-
tet adhuc amphibologia, legenda sunt
quæ scripsimus lib. 1. de sapientia vt est
communis increata, & creatæ.

CAPVT IIII.

C Verbum est necessarium ad intelligendū,
vt terminus in quo res cognoscitur.

A Cta disputatione qua ostendimus
verbum per intellectionem pro-
duci, subit quæstio de necessitate verbi;
quod enim præter necessitatē ponitur,
per otium & socordiam fingitur. Caput
habet partes sex.

Prima pars. Verbum est necessarium in
intelligente.

Secunda. Necessaria est in intelligente
vt plurimum similitudo ex parte ter-
mini.

Tertia. Verbum quod de intellectione
procedit ad intellectionem ipsam est
necessarium.

Quarta. Quæ nam cognitio verbum exi-
gat?

Quint. Verbum à nobis non cognoscitur
cum re cognita.

Sexta. Esse verbi est cognosci.

PRIMA PARS.

Verbum est necessarium in intelligente.

N Vllus est qui verbum distinguat ab
intellectione quin simul affirmet
illud

22.
Ad vltimum.

Hæc negatiua,
Actionis im-
manentis nul-
lus est termi-
nus, tollit à
quauis actione
immanete ter-
minum.

Singularis opinio ascripta Heruao.

Explicatur Heruao.

2. Verbum est terminus intellectus non principium. Probatur primo.

Secundo.

3. Inquiritur ratio necessitatis ex parte finalis cause, ob quam intellectio postulet hanc terminum loco rei cognita. Prima ratio est Molina.

Procedit de necessitate ex parte cause efficientis.

Proculdubio verbum non est duntaxat ornamentum intel-

illud esse terminum intrinsecum intellectus, hoc est, terminum ab ea inseparabilem; vno excepto Heruao tract. de Verbo q. 2. art. 2. quo in loco docet notitiam aliam procedere ab specie impressa, aliam a verbo; & ita verbum erit principium notitiae, non terminus; nisi forte intelligat verbum esse quidem terminum antecedentis notitiae, & principium consequentis. De qua re nobis non est opus disputare.

Quod autem verbum sit terminus intellectus haud dubium est; species enim impressa satis est ad principium intelligendi; ergo verbum si quid est distinctum ab intellectione, sane nihil est nisi terminus: est quippe imago intelligibilis in qua res cognita representatur; & sicut cognitio tendit in imaginem sensibus expositam, & in rem in imagine expressam; ita etiam tendit in verbum quod est imago rei, & rem cognitam in verbo: est ergo verbum terminus in quem tendit cognitio. Et idem comprobatur, quoniam verbum est id quod dicimus, siue loquimur; dicere autem mente est intelligere; ergo intelligere terminatur ad verbum, quod postea magis elucidabimus.

Consequens ergo est ut verbum sit necessarium necessitate quadam termini intelligibilis. Sunt qui dicant istum terminum esse necessarium, eod quod necesse est per omnem actionem produci terminum; & idcirco, quia intellectio est quaedam actio, necessario oportet ut cum termino sit coniuncta; & hanc esse necessitatem termini intelligibilis, quod est verbum: cuius sententiae est Ludouicus Mol. 1. p. q. 27. art. 1. disput. 8. memb. 3. & q. 12. art. 2. disp. 1. cum alijs. Quo dicto putant se esse a quaestione proposita expeditos. At rectum sane reddidissent responsum, si inquireremus necessitatem cause efficientis: necesse enim est verbum produci per intellectionem, quia intellectio est actio per quam oportet aliquid produci. Nos vero percontamur de causa finali, quae utilitas siue necessitas ad finem sit in verbo mentis? quod sane superuacaneum non est. Et ut dicamus clarius, verbum est forma quaedam perficiens intellectum, & tribuens esse formale, & est imago intelligibilis. Haec igitur forma, perfectio, & imago, estne duntaxat intellectus ornamentum? An etiam deser-

A uerit intellectioni, quae est vltima perfectio potentiae, ad quam caetera ordinantur? Proculdubio negari hoc non potest. Et confirmatur, quia nullus inficiatur intelligere nos in verbo, siue per verbum; ergo verbum quoquo modo utile est ad intelligendum: non ergo effugiunt quaestionem, quam maxime laborant subterfugere, quomodo verbum sit necessarium intellectioni, cum intellectio antecedit ordine naturae? Quo argumento commotos existimo confugisse eos, quasi ad asylum, ad opinionem illam, quod per omnem actionem producitur terminus, dicentes eam esse necessitatem ponendi verbum; forte immerito fidem negantes ijs, quae in re proposita dicuntur a Thomistis: sed haec nos, ut speramus enodabimus.

Qui igitur necessitatem finis inuestigant in termino intelligibili, vno ore consentiunt, verbum quod est terminus intellectus esse necessarium ad intelligendum; & poni in intelligente loco rei cognita. Quare hoc iam quaeritur, quae causa id postulet, ut loco rei cognita, ponatur aliquis terminus in intelligente per intellectionem productus? Francisc. Ferrar. 1. contra gent. cap. 53. ait idcirco poni terminum in intellectione, quia necesse est actionem & terminum simul existere; & quoniam intelligimus ea etiam quae non existunt, loco non existentium rerum necesse est ponere terminum intelligibilem existentem in intellectu. Et quidem de actione transeunte verum illud assertum est, quod simul cum actione existit terminus: sed de actione immanente id probandum erat, & ponendum prius hoc fundamentum quo ille nititur. Praeterea hoc est designare necessitatem cause efficientis, a qua scilicet oritur ut simul cum actione existat terminus; nos vero disputamus de necessitate finis. Et adhuc haec opinio refellitur, quia obiectum, quod est terminus extrinsecus potentiae, non opus est ut existat simul cum actione intelligendi. Postremo nos intelligimus res etiam existentes per verbum; ergo verbum non ponitur, ut compenset in intellectu existentiam rerum cognitarum; si enim ad hoc ponitur verbum, existentibus rebus cognitis non erit necessarium.

Deinde idem Ferrar. proponit duas causas huius necessitatis, scilicet, cum obiecto

lectus, sed etiam deseruit intellectioni. Probatur.

Aduersariorum insufficiente asylum.

4. Secunda ratio Ferrar.

Improbatur 1.

Improbatur 2. Solum designat necessitatem ex parte cause efficientis.

Refellitur 3.

Quarto.

5. Alia duae causae propositae a Ferrar.

obiectum non sit præsens, vel cum sit res materiâ concreta. Nam si res non est præsens, idcirco ponimus verbum, vt verbum sit loco rei absentis, & illa per verbum coniungatur cum potentia: si verò sit res materialis, quia intellectus est extra materiam, necesse est, vt ea res per verbum fiat extra materiam intelligibilis. Et hæc quidem, quæ vera sunt, hausit Ferrar. à doctrina S. Thomæ. Sed hæc ipsa sine commentario congruente falsis simillima sunt. Nam & res existentes & præsentes intelligimus nõ nisi per verbum; & adhuc res præsentes existẽtes & materiæ expertes, vt Angelos, nõ sine verbo intelligimus; ergo maior aliqua necessitas est verbi, quàm vt ponatur loco absentium, & materialium rerũ. Et confirmatur, quoniam Angeli, tam materiales, quàm im materiales res omnes æquè intelligunt per verbum; ergo alia causa est necessitatis verbi. Et quidem S. Thomas ad res materiales intelligendas dixit esse necessarium verbum in nobis, qui à sensu accipimus species intelligibiles imperfectas; quæ est causa ponendi ultra species verbum, in quo res materialis efficitur perfectè intelligibilis: in Angelis verò eadem vnaque est ratio quare per verbum intelligant siue in materia, siue extra materiam, quia nõ accipiunt species à sensu materia concreto.

Thomas Caiet. 1. p. q. 27. ar. 1. ait tunc esse necessarium verbũ, cũ res cognoscenda non est præsens intellectui secundum esse intelligibile, licet aliàs sit existens, & præsens. Et hoc videtur accepisse à S. Thom. opuscul. 14. vbi id insinuat. Et idem sentit Ioan. Capreol. d. 27. q. 2. Ferrar. loco commemorato, & 4. contra gent. cap. 13. Atque si verbis sit harendum, absque dubio ad cognoscendum id quod non est præsens intellectui iam formato specie intelligibili, necessarium est verbum; ita vt negatio præsentiæ sit causa, siue ratio adæquata ponendi verbum. Nam præsens dicitur ex sententia S. Thom. quod patet cognitioni: quod si intellectus est iam formatus specie intelligibili; & adhuc obiectum non est præsens, non patet cognitioni: quare necessarium est ultra speciem verbum, vt id quod non erat perfectè intelligibile, efficiatur perfectè intelligibile, quæ est tota ratio ponendi verbum, vt dicemus.

A Quod si præsens dicitur non solum id quod patet cognitioni; sed quod est cognitio etiam obiectum; obiectum esse præsens est obiectum cognosci: & ita præsentiæ obiecti non tollit verbum, cũ simul extet verbum, & res cognoscatur; atque in hoc sensu etsi res sit præsens, necessarium est verbũ. Quod si minus propriè loquendo præsens dicamus quod loco non distat, obiectum præsens secundum esse intelligibile, non est illud quod loco externo non distat ab intelligente, sed quod intelligibili spatio non distat, hoc est, quod coniunctum est cum intellectu ad eò intimè, vt propter illam coniunctionem non sit ultra necessariũ verbũ. Et ita est interpretandus Caietanus.

B Sed hic modus explicandi necessitatem verbi, indiget ipse explicatione. Nam in nobis notitia intuitiua, quæ est in intellectu, est rei præsentiæ, vt præsens est; & ita videtur esse præsens secundum esse intelligibile, & tamen per illã notitiam producit verbum. Quod si dicas cum Caietano, in ea intuitione rem cognitã non esse per se ipsam cõiunctã cum intellectu, & idcirco non esse præsensem secundum esse intelligibile. Cõtra hoc etiam occurrit, quod res sensui obiecta non est per se ipsam coniuncta cum sensu, & tamen ita est præsens secundum esse sensibile, vt per actionem sensus non sit necesse produci vllum terminum quasi verbum sensus. Enucleandũ ergo est, quid hoc sit quod ait Caiet. rem esse præsensem siue coniunctã cum intellectu secundum esse intelligibile. Præterea hi Doctores aiunt verbum poni loco rerum absentium, vel materialium; sed quid præstet positum eo loco, non aperiunt.

C Dicendum igitur, tunc esse necessariũ verbũ in intellectu, cũ antecedit species intelligibilis impressa: ea enim est imperfecta, & nõ est similitudo rei cognitæ absolutè; sed est quædam inchoatio similitudinis, & idcirco dicitur quasi semen intellectiõnis: verbum autem est conceptio siue partus. Quia vt distat animal genitum, siue conceptum à semine; ita verbum quod est imago, & similitudo rei ab specie intelligibili impressa: quæ non est imago, neq; similitudo absolutè; sed quædam inchoatio, siue semen illius. Et ita in genere causæ efficiẽtis, priori alio posito principio, verbum est necessariũ

Dicitur 2. qd est cognitioni obiectum. Negatio huius præsentiæ non est ratio necessitatis verbi. Dicitur 3. minus propriè, quod loco nõ distat, id est, intelligibili spatio. Negatio huius præsentiæ, ratio necessitatis verbi est.

Caietano. 7. Impugnatur ratio Caiet.

Respondet.

Refutatur ratio eò quod in adæquata.

8. Vera & adæquata ratio est antecedentiæ speciei impressæ, seu imperfectæ, similitudinis vè quæ nõ sit actualis, & absoluta, sed illius inchoatio & semen.

Desumptæ sũt ex S. Thom.

Sine commentario congruente, vt falsis simillimè impugnantur.

Confirmatur impugnatio.

S. Thomas quid dixerit?

6. 5. ratio. Caiet.

S. Thom. Capreol. Ferrar. Expenditur.

Præsens secundum esse intelligibile, Dicitur 1. qd patet cognitioni. Negatio huius præsentiæ in habere speciẽ imperfectã, est causa necessitatis verbi.

vbi

vbi antecedit species impressa: sicut ex-
cepto semine necesse est oriri animal. In
genere verò causæ finalis propter intel-
lectionem, necesse est, vt vbi antecedit
species, sequatur verbum. Cum enim in-
telligere sit quoddam assimilari, vbi est
species impressa, quæ scilicet non est si-
militudo absolutè, necesse est produci
completam similitudinem, quæ est ver-
bum, in qua rem ipsam intelligamus. Si-
cut igitur ad notitiam vultus Imperato-
ris necessaria est imago illius, si aliàs nõ
est notus facie. Ita ad notionem quiddi-
tatis rei, necessaria est imago intelligibi-
lis, quæ est verbum, ex parte obiecti, in
ea potentia quæ formata est specie in-
telligibili, vtpotè imperfecta, & quæ nõ
est simpliciter similitudo. Quo modo au-
tem in ipso verbo rem intelligamus, pos-
tea erit solertiùs differendum.

9.

Colligitur. 1.
quomodo ob-
iecti absentia,
& materiali-
tas, de quibus
suprà, sint cau-
sæ necessitatis
verbi?

Colligitur. 2.
quid sit rem
esse præsentem
secundum esse
intelligibile?

10.

1. obiectio cõ-
tra ratione af-
signatam.

Occurratur.

11.

2. obiectio.

Responf.

Ex quibus colligimus vera esse quæ
alij de re ista proposuerunt. Nam & ab-
sentia obiecti, & materialitas in causa est
vt verbum sit necessarium; quia his datis
necesse est intelligere res istas per spe-
cies impressas, siquidem res ipse per se
non coniunguntur cum potentia; at ve-
rò cum specie impressa est simul coniū-
ctum verbum. Perspicuum etiam efficitur
quid sit rem esse præsentem secundum
esse intelligibile? cum scilicet per se ip-
sam coniuncta est cum intellectu; per se
ipsam, hoc est, non per speciem intelli-
gibilem mediam, quæ sit impressa, & im-
perfecta.

Sed contra hæc, duo obijcimus. Pri-
mum, quoniam in sensu nõ est terminus
productus per actionem, & tamen ibi est
species impressa media inter obiectum,
& potentiam: contra verò Angelus cog-
noscit Deum per verbum, & sine specie
impressa. Respondemus facillè nos huc
non disputare de sensu, sed de solo in-
tellectu; de sensu verò, & de Angelis
proximè acturos parte 2. capitis.

Alterum occurrit, si Deus perfectissi-
mam speciem impressam in intellectu
condat, quæ non minùs distincta sit, quàm
species impressa in sensu? Videtur enim
similiter dicendum quod non erit neces-
sarium verbum. Et hoc etiam quod est
consentaneum nos concedimus: satis
enim fuit hætenùs decernere id quod in
cognitione nostra secundum naturam in-
uenitur; neque enim de potentia crea-
tionis disputamus, neque de cognitione

Angeli. Quare vt propositio illa sit vni-
uersalior & communior, dicendum est,
verbum esse necessarium vbiunque an-
tecedit imperfecta species impressa, quæ
non sit similitudo absolutè, sed inchoa-
tio illius. An verò Deus possit efficere
speciem impressam adeò distinctam, &
claram, vt non sit inchoatio similitudi-
nis, sed sit ipsa actualis similitudo, & ab-
solutè similitudo, vt in sensu sit, si quæra-
tur? minimè id repugnare arbitramur,
cum potentia Dei in genere intelligibi-
lium sit infinita: & vbi talis species fue-
rit principium intellectiois, nullus re-
quitur ultra terminus, quem verbum
dicimus; nam superuacaneè in eadem
potentia duas similitudines perfectas
collocaremus. Hæc autem non arbitra-
mur nos noua attulisse, quæ aliorum sen-
tentijs simillima sunt; sed forte nouè di-
xisse, & clariùs enodasse. Necessitatem
autem verbi constituimus, in hoc quod
necessaria sit intelligenti completa simi-
litudinis rei cognitæ, quæ non est species
impressa, sed verbum.

C De rebus autem diuinis concinnè ad
hæc philosophandum est. In Deo enim
non meditatur speciem intelligibilem
propriè dictam, quia species intelligibi-
lis est forma intellectus ex natura sua in-
formis, & imperfecti, qualis est intelle-
ctus creatus: sed tamen ponimus aliquid
quod cum specie intelligibili conueniat
in eo quod est principium operationis
ex parte obiecti. Et ita S. Thom. contem-
platur essentiam diuinam, loco speciei
intelligibilis. Similiter non ponimus in
Deo verbum essentiale, quia vbi intelle-
ctus est per se perfectus, non est necessa-
rium verbum, vt modò disputabamus.
Sed tamen in Deo etiam aliquid medi-
tatur cum verbo commune, vt postea
dicemus.

D Sed contra hæc palàm se se obijcit ar-
gumentum. Nam cum in rei præsentia
modo iam explicato non sit necessariū
verbum, videtur tolli diuini Verbi ge-
neratio. Nihil enim potest esse intelle-
ctui præsentius, aut coniunctius, quàm
ipsa essentia diuina intellectui diuino,
cum sit res omninò eadem; sed in præ-
sentia obiecti non procedit verbum; er-
go in essentia diuina non procedit ver-
bum genitum. Respondetur argumentū
conuincere id quod docuimus, scilicet,
in intellectu diuina non esse neces-
sarium

Producebilis
est à Deo spe-
cies impre-
sa
intelligibilis,
quæ sit actua-
lis & comple-
ta similitudo,
vt species sen-
sus.
Ratio.

Si talis species
esset in intelle-
ctu principij
intellectiois,
superuacaneū
in eo esset ver-
bū terminans.
Ratio.

12.

S. Thomas
contemplatur
essentiam diui-
nam vt speciẽ
intelligibilem
perfectissimã.

13.

Obiectio.

Responf.
In Deo nõ est
verbum essen-
tiale.

sarium verbum ad intelligendum, neque esse verbum essentialia; omnia enim quae sunt necessaria essentiae, sunt essentialia; alias essentia extraneis indigeret. Verbum autem quod est persona non procedit propter necessitatem intelligendi, quia Pater non est sapiens sapientia genita, ut infra dicemus, sed procedit propter fecunditatem naturae. Quare ex hac potius doctrina maxime commendatur generatio diuini Verbi; non enim procedit, aut gignitur propter necessitatem intelligendi, quod esset inopis, & indigentis naturae; sed potius ex infinita intelligentia, quae infinite se effundit in verbum, non ut clarius quid aut distinctius exprimat, sed ut infinita claritas per originem communicetur. Vnde hoc verbum est lux de luce: nostrum autem verbum est quasi lux à tenebris; quia quod erat minus distinctum in specie intelligibili, exprimitur, & declaratur in verbo; & hoc pertinet ad indigentiam naturae, quae progreditur ab imperfecto ad perfectum, & à primo actu ad secundum. Et hoc est quod docet S. August. 15. de Trinit. cap. 4. *Novit Pater omnia in se, novit in Filio*, scilicet, quia novit omnia in sua essentia, quae est sibi & Filio communis.

Verbum quod est persona, non procedit propter necessitatem ut sit ad intelligentiam, sed propter infinitam intelligentiam fecunditatem.

Verbum diuinum lux de luce: nostrum, quasi lux à tenebris.

S. August.

14.

Nova difficultas de dilectione, & eius termino.

Resolutio.

Quoties operatio est à voluntate ut natura non indiget termino producto. Probatur. Secus quoties est à voluntate ut libera. Ostenditur.

Quoniam verò ponimus amorem per dilectionem procedere, cum opus sit necessitatem quoque huius termini tradere, inuestigandum est, an per omnem dilectionem procedat amor? Quam quaestionem discussam non reperio; sed tamen meam proferam sententiam, neque noua existimetur æquum est, cum sit antecedentibus maxime consentanea. Dicendum ergo videtur, quòd quoties operatio procedit à voluntate, ut natura est, non requiritur in operatione terminus: voluntas enim est inclinatio quaedam in bonum; amor verò inclinatio quaedam est ex parte obiecti, ut explicabimus. Quoties ergo voluntas operatur ut natura, non indiget alia inclinatione quae sit operationis terminus; quoties autem operatur ut libera, cum non sit per se inclinata ad id quod liberè eligit, maxime necesse est ut inclinationem ipsam in se suscipiat, quae est amor per dilectionem productus, & ita amare est amorem proferre. Cum autem explicauerimus quid sit amor, etiam hoc erit notius quae scilicet necessitate ponatur in operatione

A libera. Quare & odium quod est liberum, debemus fateri esse terminum operationis per illam productum, scilicet, per actionem detestantem; quo odio propendimus, non per desiderium, sed per fugam. Videtur autem consequi ut in appetitu irrationali non ponatur amor, quia ubi non est ratio non est libertas, sed naturae propensio, & inclinatio. In dilectione autem beatorum qua Deum diligunt, etsi ea sit naturalis Dei essentiam contuentibus, videtur tamè ponendus amor per dilectionem procedens; quia ea dilectio non est à voluntate ut nuda natura est, sed ut est natura eleuata, seu euecta per habitus supernaturales. Quare eadem necessitate qua eos habitus ponimus, quia non est natura per se propensa ad ea, quae sunt supra naturam, possumus quoque ponere amorem procedentem.

Denique illud etiam hac in re obseruandum, ut in dilectione diuina qua Deus se diligit, non existimemus esse amorem essentialem dilectionis terminum, quia ipsa voluntas est natura maxime propensa ad dilectionem Deitatis. Nec verò Spiritus Sanctus dicitur amor procedens quasi necessarius ad dilectionem, sed ex infinitate dilectionis procedens. Quibus omnibus similia de intelligentia, & verbo modò diserebamus.

C Per hæc autem facili negotio discernimus terminum actionis transeuntis, & immanentis: actio enim transiens est causa necessaria sui termini, efficiens dumtaxat: actio verò immanens quae terminum habet, non solum efficiens, sed finalis causa illius est. Et ita terminus iste ponitur non solum necessitate actionis, quae terminum producit, sed necessitate talis actionis ad quam iste terminus est necessarius. Præterea terminus actionis transeuntis non est intrinsecus quasi ex propria ratione coniunctus cum illa; quia etsi non sit actio transiens sine termino, ut calefactio sine calore, tamen res ipsa quae aliàs est terminus sine actione aliquando existit, ut calor sine calefactione: imò potest produci calor non per calefactionem, sed subita actione, ut accidit in generatione ignis; & per Dei potentiam potest subito produci calor sine calefactione, calefactio enim est motus physicus successiuus. Verbum autem sine intelligentia non potest extare, neque intelligentia illa per quam verbum produ-

D ducitur

Odio etiam libero propendimus, per fugam.

1. consecrari in appetitu irrationali non ponitur amor.

2. consecrari in dilectione beata ponitur Ratio.

15. De diuina dilectione & amore statuitur ut de diuina intelligentia, & verbo supra.

16. Colligitur inter terminos actionis transeuntis, & immanentis, 1. discrimen,

2. discrimen.

Calor producit, & existit sine calefactione, quae est motus physicus successiuus.

Neque verbum sine intelligentia existere

potest, etiã di-
uinitus; neque
intellectio ea-
dem specie si-
ne verbo.
Probatu hoc
secundum.

Probatu pri-
mum.

Est contra
Capreol.
Palud.

Pecior error
Soncinnatis,
posse dari in
tellectioem,
quã ab intelli-
gẽte non pro-
ducatur.

7.

8.

Ferrariens.
comparat ver-
bum cum in-
tellectioem, vt
punctum cum
linea.
Conuenientia
exempli.

Dissimilitudo
prima.

Secunda.

ducitur manere potest naturã & specie
eadem sine verbo. Hoc secundum asseri-
m^o, quia intellectio illa ex propria ratio-
ne est productio verbi, vt postea expli-
cabimus; ergo nõ potest manere species
eadem intellectioem sine verbo. Primũ
autem quod diximus cõfirmamus, quòd
scilicet verbum sine intellectioem non
extet; verbum enim est quãdam forma
intelligentis; & est id quod ab intelligen-
te profertur, & ab eo emanat; & est simi-
litudinalis actualis in qua actu res intelli-
gitur: quã omnia persuadent verbum non
posse sine intellectioem constare. Et hac
in re discordamus à Ioanne Capreol. in
2. d. 3. q. 2. & Paludano in 4. d. 44. q. vlti-
ma art. 1. asserentibus per Dei potentia
posse existere verbum sine intellectioem;
quod in sequentibus erit illustrius, cum
docuerimus quòd verbum sit forma, cu-
ius effectus formalis est intelligere in
actu completo. Peius verò errat Paul.
Soncin. 5. Metaphy. q. 20. ad 4. vbi vult
arguẽdo comprobare posse inueniri in-
tellectioem, quã ab intelligente non
producatu: hæ enim actiones immanẽ-
tes sunt causę formales perficiẽtes agẽs;
& sicut est impossibile, vt lac sit candidũ
candore quem non habet; ita non potest
fieri, vt aliquis sit intelligens intellectu-
ne, quã ab eo non emanat; aut quòd sit
intellectio in non intelligente.

Igitur quã summa est huius disputa-
tionis, verbum non solum est terminus
necessarius intellectioem; sed est etiam
intrinsicus ex propria definitione, ita vt
non possit fingi verbum, quod non sit
intellectioem terminus.

Franciscus Ferrar. 1. contra gent. cap.
53. comparat verbum cum intellectu-
em vt punctum cum linea, quod alijs etiam
placet. Et quidẽ in hoc est verum exẽ-
plum, quòd sicut non potest existere li-
nea, quã non sit puncto terminata, aut
punctum extra lineam; ita & intellectu-
em, quã exigit verbum sine verbo non po-
test inueniri, aut sine intellectu-
em verbum. Est autem in alijs dissimilitudo,
quia nulla linea est sine puncto terminã-
te; sunt autem intellectu-
em aliquã sine
verbo: punctum etiam & linea sunt con-
tinuitate idem; quia linea continet ip-
sum punctum, qui est terminus illius;
intellectioem verò & verbum sunt res
simpliciter distinctę, vt
dictum est.

SECUNDA PARS.

*Necessaria est in intelligente vt plurimũ
similitudo ex parte termini.*

CIrca hoc noua quãstio mentem su-
bijt, quam hætenus non legi tra-
ctatam; quare ponamus similitudinem
verbi vt terminum intellectu-
em, & non
potius constituamus in intellectu ante
intellectioem omnem eam similitudi-
nem, quã est ad intelligendum necessa-
ria? Si enim ponamus ante intellectu-
em similitudinem perfectam, non erit opus
aliam adijcere similitudinem per intel-
lectioem productam.

Aduertendum igitur est speciem im-
pressam idcirco dici imperfectam, quia
nõ est actualis similitudo, sed in habitu,
& inchoatio quãdam similitudinis. Cu-
ius rei ea est ratio, quòd cum potentia
cognoscens sit virtutis finitã, & nõ pos-
sit ad omnia simul aduertere, necesse est
vt actu non ad omnia aduertat, sed ad
quãdam. Vbi autem species impressa est
actualis similitudo, necesse est actu ad-
uertere; quare necesse est vel pauca ad-
uertere simul & perpetuò; vel plura suc-
cessione quadam; cognoscere autẽ pau-
ca semperq; eadem, summoperẽ imper-
fectum est, cum potentia cognoscens sit
quodammodo infinita; quia potest dila-
tari perpetuò ad plura successione qua-
dam, modò ad hæc, modò ad illa, quod
est longè maioris perfectionis. Sensus
ergo externus qui pẽdet à præsentia rei,
excitatur actu ab obiecto præsentem, & re-
cipit ab illo actualem similitudinem, &
solum aduertit ad ea, quę sunt præsentia,
semperque eadem cognoscit, nisi varie-
tur præsentia rerum, qua variata protẽ-
ditur sensus ad res plures. Maioris ergo
perfectionis est id quod inuenitur in sen-
su interno, & intellectu, vt percipiant
etiam res absentes. Hic autem modus
cognoscendi perfectior, exigit species
impressas in habitu, & non actuales simi-
litudines; cuius rei iam indicauimus ra-
tionem. Nam si essent actuales similitu-
dines, semper eadem perciperentur, nisi
succederent alię similitudines abeunti-
bus prioribus, vt accidit in sensu in quo
species pendet à præsentia obiecti. In
absentia autem obiecti si quã essent simi-
litudines actuales non pendẽtes ab ob-
iecto, semper manerent eadem. Quare
semper

1.
Noua quãstio
proponitur.

2.

Satisfit 1. de
specie impres-
sa, cur non sit
similitudo ac-
tualis antecede-
ns intellectu-
em.

Potentia cog-
noscens habi-
tualibus simi-
litudinibus v-
tendo, est quo-
dammodo in-
finita in hoc
quòd ad penẽ
infinita potest
dilatari succes-
sione quadam,
modò ad hæc,
modò ad illa,
pro libito cog-
noscentis.

At si vteretur
actualibus si-
militudinib^o,
limitaretur ad
pauca simul, ea
demq; semper
actu cognoscẽ-
da, nisi ea spe-
cies variarẽtur
ob dependen-
tiam à præsen-
tia obiecti, vt
in sensu exter-
no.

semper eadem obiecta perciperentur, & necesse esset pauca percipi. Pertinet igitur ad nobilitatem potentiae cognoscentis creatae, ut species impressae non sint actuales similitudines, sed in habitu, ut potentia possit dilatari ad plura utendo speciebus in habitu, prout volumus, modò his, modò illis: quare & Angelus qui se intuetur per suam substantiam, quae est actu intelligibilis quasi actualis similitudo, perpetuò se intuetur. Et similiter si Deus infunderet speciem, quae esset actualis similitudo rei absentis (quod potest facere) illa res absens perpetuò haberet in cogitatione. Sed melius nobis consultum est, ut habeamus species in habitu, ut possimus penè infinita intelligere, modò hæc, modò illa, ut volumus. At verò species in habitu hoc etiam habet perfectionis, quòd plura continet virtute sua, quorum singulorù verbum producimus: & idcirco species impressa dicitur esse magis confusa, quàm verbum, quia videlicet continet plura; sicut communis natura, quia continet plura, dicitur confusa, nò distincta.

Sed inquirendum nunc, est quare similitudo actualis, quae ad intelligendū est necessaria, non oriatur ab ipsa specie impressa ante intellectionē, ita ut sit principium intellectionis, non terminus? Ad hoc dicendum est primò, id fieri aliter non posse, quin per intellectionem producat, in Angelis quidem habentibus species inditas à natura non potest nova similitudo intelligibilis effici nisi per actionem intellectus possibilis; omnis autem actio intellectus possibilis est intellectio; ergo similitudo actualis non potest effici per intellectum Angelicum nisi media intellectione. In nobis verò eadem ratio suppetit, nam intellectus agens efficit species impressas in intellectu possibili, quae sunt in habitu, & non actuales; quare necesse est actuales effici per intellectionē possibilem, & per eius actionem quae est intellectio. Quòd si dicatur saltē in nobis intellectum agentem posse efficere species non solum in habitu, sed actuales similitudines. Hoc etiam negandum est; nam intellectus agens non intelligit, neque advertit, quare operatur ex necessitate deducendo species impressas à phantasmate sensibili. Quòd si efficeret actuales similitudines, semper illas efficeret, & semper

A eadem intelligeremus & pauca, ut antea docuimus. Necesse est ergo, ob hanc causam, actualem similitudinem effici per actionem intellectus possibilis, qui advertit & cognoscit; & idcirco est potentiae appetenti obnoxius: quod etiam in sensu interno asserimus, quia & ipse subijcitur appetitioni. Et ita utendo speciebus in habitu per actiones potentiae cognoscentis internae; producimus actuales similitudines rerum quas volumus cognoscere. Quòd si adhuc instes, potentiam cognoscentem, antequam producat verbum, nihil advertere; & ita nò subijci quoad hoc appetitui. Dicendum est ipsam aduersionem huius aut illius rei subijci appetitui, & per aduersionem produci similitudinem actualem hanc vel illam, & ita has similitudines pendere ab appetitu, sicut pendet actiones per quas producuntur, quae sunt ipsae animae aduersiones.

Quòd si hoc nobis permittitur, quod videtur esse monstratum, actualem similitudinem non antecedere intellectionem; cum illa sit omninò intelligenti necessaria, concedendum est id quod est consequens, scilicet produci per intellectionem similitudinē istam actualem, quam dicimus verbum. Quod ita certū habemus ex intima quidditate intellectionis, ut ubi species impressa est in habitu, asseramus non posse rem intelligi sine verbo, quantumvis lumen Deus infundat intellectui; quia sine similitudine actuali non licet intelligere: quare verbum, quod est actualis similitudo, est ibi omnibus modis necessarium.

Colligimus etiam, quàm latum discrimen interiaceat inter intellectionem qua verbum producitur, & eam qua non producitur; cum in altera similitudo actualis sit terminus, in altera principium; nam ubi actualis similitudo est principium, non est necessarium verbum.

D Colligimus etiam in voluntate libera eodem modo necessarium esse, ut per dilectionem procedat amor, qui est inclinatio siue propensio in rem dilectam, eo quòd sine propensione diligere sit impossibile: ibi igitur necesse est per dilectionem produci liberam propensionē, ubi non antecedit naturalis propensio; sed in voluntate ut est libera, nulla inest propensio naturalis ad hoc, vel ad illud; ergo necesse est, ut ipsa propensio per dilectionem

possibilis, & sensus internus qui ideo obnoxius sunt appetitui.

Repliea.

Refellitur. Ipsa aduersione est verbi productio, quae proinde pendet ab appetitu.

4. Consequens

Per intellectionem producitur similitudo actualis, id est, verbum, omninò necessarium ubi fuerit species impressa habitualis.

5. Consequens

3. Consequens

Ibi necesse est per dilectionem produci liberam propensionē, ubi naturalis nò antecedit.

1. Exemplū, substantia Angeli respectu propriae cognitionis.

2. Exemplū, species impressa possibilis, quae sit actualis similitudo.

Alia perfectio habitualis similitudinis est, quòd plura continet virtute sua, & ideo dicitur confusa.

3. Satisfit 2. de verbo, cor non producat ante intellectionem

1. in Angelis species antecedentes intellectionem sūt indita.

2. in nobis similitudo ratio.

Obiectio. Occurritur. Intellectus agens in nobis non efficit similitudines actuales, quia non intelligit nec advertit ut intellectus

Obiectio.

lectione producat. E quamuis in voluntate ponantur habitus quantumvis perfectissimi quibus propenditur ad obiectum illud; & ipsum obiectum sumopere amabile fit; quia tamen adhuc ista propensio non est naturalis, ut voluntas maneat determinata, sed manet adhuc in innata sibi libertate; necesse est quod diligendo liberè producat propensionem. Et possumus philosophari sicut de specie impressa, quod voluntas proposito sibi obiecto, & informata habitu propendete in illud, est adhuc quasi in habitu propensa dum libera est, & idcirco necesse est produci per actionem illius actualem propensionem. Ad obiectum verò naturale est actus propensa, & ideo per dilectionem naturalem non producit amor. Quare & dilectio illa per quam producit amor, distat essentiali differentia ab ea per quam non producit; quia propensio actualis in altera est principium, in altera terminus.

Occurritur.

Præter propensionem habitua-lem, seu habitum, requiritur propensio actualis. Ad obiectum naturale propensio est actualis

TERTIA PARS.

Verbum quod de intellectione producitur, ad intellectiōem ipsam est necessarium.

1.

Disputandum iam est de summa huius questionis; quomodo verbum concurrat ad intellectiōem antecedente. Quod autem verbum etsi consequatur intellectiōem, possit ordinari in illam ut ad finem, ita ut sit necessarium propter intellectiōem ut propter finem, facile est persuadere; nam ut Arist. docet 2. de anima cap. 4. duplex est finis, alter cui, alter cuius; finis cui, est res illa cui aliquid boni ab agente acquiritur: finis cuius, est illa res cuius acquirenda gratia aliquid fit, ut qui navigat ob diuitias comparandas, ipsemet est finis cui acquirat, & diuitiæ sunt finis ob quem navigat: finis autem cui, potest prius existere, quam media ad finem. Th. Caiet. distinguit finem propter quem, & finem quia; finis propter quem est ille qui etsi prius producat, aut existat, sunt tamen illi alia quæ sequuntur necessaria, quæ idcirco fiunt, quia illud prius factum est; ut dispositiones quæ consequuntur formam substantialem producantur, quia forma producta est, & sunt necessariae ad formam, & ita forma substantialis est finis quia. Et idem videtur esse finis cui, cui scilicet necessariae dispositiones consequuntur. Neque est nota

Arist.

Finis duplex, cui, & cuius. Explicantur hi termini.

Caietan.

alijs verbis distinguit finem quia, & propter quem. Explicantur hi termini.

Non est nota

Auia distinctio finis, sed alijs verbis indicata. Intellectio igitur absque dubio est finis cui, siue quia, ipsius verbi; & verbum est medium ordinatum in istum finem; quod quidem etsi consequatur actionem potest tamen ad illam ordinari, ut ad finem cui. Et quod ordinetur ad illam perspicuum est; nisi enim esset ad intellectiōem necessarium, minimè poneremus verbum in mente.

BExaminandum est ergo perspicacius quæ utilitas sit in verbo mentis, ut sit ad intellectiōem necessarium; siquidē non videtur ad illam concurrere, cum sit natura posterior. Quod argumentum vexat grauitè Thomistas. Bartholom. Torres cum alijs ait intellectiōem, ut intellectio est, consequi verbum, & verbum in illa antecedentia esse iam productum per aliam actionem priorem, quam sit intellectio. Sed istam actionem priorem iam improbauimus, præterquæ quod ratio dubij non soluitur. Nam verbum non solum producit per aliam quamuis actionem (si ita libet) sed per ipsam etiam intellectiōem, ut cum S. Thoma consentiunt; ergo in illa antecedentia, qua aiunt verbum antecedere intellectiōem, iam est productum per intellectiōem consequentem, quod fieri non potest. Communis solutio est Thomæ Caiet. & Francisci Ferrar. quod verbum antecedit intellectiōem, ut intellectio est, & consequitur eandem ut est dictio. Itaque dicere est prius verbo, intelligere autem posterius; & in illa antecedentia in qua verbum præit intellectiōem, est productum per eandem intellectiōem, non ut intellectio est, sed ut est dictio.

DHæc positio Caietani incredibilis est, si de antecedentia reali, quæ est naturæ prioritas, intelligatur; nam intellectio est quædam actio quæ est forma simplex; est autem impossibile quod forma simplex in qua nulla est realis compositio, antecedit reali prioritate in qua est realis causalitas, & eademmet consequatur; necesse enim esset designare in illa intellectiōe partes distinctas ex natura rei, scilicet dicere, & intelligere, ut dicere antecederet, & intelligere consequeretur. Imò etsi ista actio esset reali compositio ex duabus actionibus concreta, quod fingi non potest, adhuc tamen non posset antecedere ut actio, consequi ut dictio, quia intellectio est quædam res

distinctio. Intellectio est finis cui, siue quia, ipsius verbi.

2. Difficultas grauis, quomodo verbum posterius intellectiōe ad illam concurrat.

Torres. 1. responsio, supra improbata.

2. & communis solutio Caiet. Ferrar.

3. Si de antecedentia reali intelligatur. Refellit 1. ut incredibilis Intellectio est actio, & forma simplex.

Refellit 2.

Est saltē res
definibilis, &
species quādā
3. solutio
Bañes q. 27.
art. 1. dub. 2
Iisdem argu-
mētis hęc so-
lutio conuelli-
tur quibus præ-
cedens.

S. Thom.

4. Eufio.

Valdē futilis
Ostenditur 1.

2. principali-
tēr.
Informari est
perfici secūdū
accidens.

Responsio.

contenta definitione, & species quādā; ergo si in illa antecedentia intellectio existit, tota species existit cū suis partibus. Iisdem argumentis conuelli- tur aliorum opinio, qui aiunt intellectiōē, & dictiōem distingui formalitēr emine- tēr. Nam nisi sit in re ipsa distinctio sal- tēm ex natura rei, impossibile est, vt vna res simplex, & vna species realis, secun- dum aliquid sui antecedit, & secundum aliquid cōsequatur, reali prioritate; sed necesse est concedere, quōd dicere est quēdam actio distincta ab intellectu, quæ antecedit ipsā & verbum, vt ponit Torres. Nam si dicere cōsequitur intel- lectiōē, iam intellectio antecedit dictiōē, antecedit ipsū quoq; verbum; in qua antecedentia est tota difficultas. Quicquid autē de his respondendo af- firmes, illud quæsitum instat, quomodo verbū cōcurrat ad intellectuē, si tamē per illā producitur, vt S. Thom. docet; nam produci per intellectuē est pro- duci per istam actiōē, quæ est simplex forma, quæ est realis species, quæ nō po- test antecedere similit, & consequi reali antecedentia. Et contra hoc responsum docet S. Thom. q. 9. de Potentia art. 2. verbum & amorem superuenire intelli- genti & volenti: ergo intellectu etiam qua intellectu est, antecedit verbum, & dilectio amorem.

Duplex adhęc est aliorū euasio. Pri- ma quōd intellectu antecedit verbum, vt informis, cōsequitur ipsū vt formata. Hęc responsio futilis est valdē, tē quia actiōē informari est perfici; & ita actio informatur ab agente à quo perficitur; quare consequens est, vt verbū concu- rrat ad intellectuē in genere causę effi- cientis; non in ratione termini; sed in ra- tione principij actiōis; ad quod præstādū ponimus habitū ex parte potentia; non verbū quod occurrit ex parte obiecti: tū maximē, quia informari est perfici se- cūdū accidēs; res autē quæ piā prius natu- ra existit, quā per accidentia perficiatur; quare intellectu vt antecedit verbū, & dicitur informis, iā est essentialitēr intel- lectio, ad quā maximē necessariū est ver- bū; supernacaneum enim est ad perficiē- dam duntaxat intellectuē: neq; potest fingi, quæ in re illā perficiat; maximē cū sit eius terminus, nō principium. Quod etsi, id quod falsum est, esse cōtendas; in intellectu informem non esse essentia-

A litēr intellectuē, sed intellectuē for- matam eā esse verē, & essentialitēr intel- lectiōē: ponis verbū vt principium aeti- uum illius, perficere enim est agentis vt diximus; verbū autē ponimus nō ad pro- ducēdā, sed ad terminādā intellectuē.

Altera explicatio aliquorū est, intel- lectiōem esse priorem verbo in genere causę efficientis, sed esse posteriorem in genere causę formalis. Hoc autem non minus impossibile est, nam etsi in diuer- so genere causę conuertatur antecē- tia, vt & materia antecedit formā, & for- ma materiā quoad suos effectus; tamen in genere causę efficiētis, id est omninō impossibile, nam causa efficiēs prius natu- ra existit; ceteræ causę nō concurrunt vt existētes: quod autē prius natura ex- istit, non pendet à posteriori quoad esse; quare agens quod agit in actu existēs nullo modo potest esse naturā posterioris, etiā in alio genere causę. Et explicatur de singulis; nam in genere causę mate- rialis si forma agentis pendet à materia, cū ipsa forma sit principium agendi, im- possibile est vt agēs producat materiam suā, à qua eius forma pēdet quæ est ope- randi principium. In genere verō causę formalis, cū forma sit principium operan- di, nō potest intelligi, vt agēs producat formā quæ sit principium ipsius opera- tionis, per quā formam producit. In ge- nere verō causę efficientis per se est cui dēs, quōd nō possit conuerti effectus in causā suā causę. Verbū autē quod non cōcurrat ad intellectuē in genere cau- sę materialis, neq; efficientis vt liquet, neq; in genere causę formalis potest cō- currere: nam si in genere causę formalis, habet ergo intellectu esse formale à ver- bo; sed esse formale est vis actiua agētis; ergo intelligens habet à verbo ipsā vni- actiuam producendi verbum, quod nul- la cogitatione fingi potest.

D Dicēdū ergo est id quod ex dictis ne- cessariō colligitur, verbū in nullo gene- re causę cōcurrere ad intellectuē, cuius est effectus duntaxat & terminus, & nul- lo modo causa. Et hoc ipsū confirmatur autoritate S. Th. q. 4. de Verit. ar. 1. vbi docet nos nō intelligere verbo, sed in ver- bo; negat. n. intelligere nos verbo, quia indicatur verbū esse causā intellectuē Concurrat autem verbum ad intelle- ctionem non concursu causali, sed po- tius occurrit vt terminus & obiectum; termi-

Eneruatur.

5. Eufio.

Conuincitur.

Causa efficiēs
nullo suo esse
ctu est poste-
rior, etiam in
alio genere
causę.

Ostenditur
de singulis.
De materiali.

De formali.

De efficiente.

Colligitur de
formali iterū.

6.

S. Thom.
docet non in-
telligere nos
verbo, sed in
verbo.

7.
Vera solutio
difficultatis.
Verbum con-
currat ad intel-

lectionem nō
vt causa, sed vt
terminus pro-
ductus, & ob-
iectum eā ter-
minans.

terminus verò nō est causa actionis, sed effectus. Et similiter obiectum nō est causa actionis, vt obiectum est, nisi fortè antecedentè, vt potentiam mouet ad ipsam actionem educendam; quod dicitur obiectum mouens. Cum igitur verbum sit terminus per intellectiōem productus, & sit loco obiecti non vt moueat, sed vt terminet; etiā in angelis qui ipsum verbum producendo intuentur, in quibus verbum est simul terminus & obiectum; non conficitur argumento, vt verbum in vllō genere causæ precedat intellectiōem.

8.

1. Aduert.
Verbū tribuit
speciem intel-
lectioni quasi
definitio, seu
ratio formalis
obiecti.
Vnde est pri-
us ratione quā
intellectio.

Verum est quod sicut actio ducit suā speciē ab obiecto, ita & à verbo, in quo obiectum continetur, tanquam à ratione formali obiecti; verbum enim est quasi definitio rei cognita; & ea ratione intellectio qua verbum producitur; quidditatiua definitione definitur per verbū: quo tamen id solūm cōficitur vt verbū, sicut & obiectū, quatenus est pars definitionis sit prius intellectiōe, sola prioritate rationis; nam sicut definitio est operatio rationis; ita prioritas illa, quæ in sola definitione cernitur, non est realis, sed rationis.

9.

Quidam hanc
etiam priori-
tatem rationis
negant.

Quidā hanc etiam prioritatem negāt quia (inquiunt) intellectio antè verbum iam habet speciē à principio actiuo; ergo non habet speciē à verbo consequēte. Sed cogitandū est quòd species quæpiam est ipsa natura rei concepta communi intelligentia, quā definitione circumscribimus; & idcirco ab ijs ducitur species rei, quæ eius definitione quidditatiua explicatur, etiā si extrinseca sint, hoc est extrā essētiam rei definitæ: actio autem & à principio, & maximè à termino ducit speciē; nam calefactio quæ potest oriri à principio non formalitèr calido, vt à Sole, non potest terminari nisi ad calidum formalitèr. Et ita quoq; intellectio ea quæ terminum habet magis & principalitèr definitur per terminum, scilicèt, per verbū, quā per principiū.

Actio & à prin-
cipio, & maxi-
mè à termino
ducit speciē.
Ostenditur.

10.

2. Aduert.
He speciē ac-
tiones imma-
nentes quæ ter-
minum pro-
ducūt si sumā-
tur complete
& actionem, &
terminum si-
mul continēt.

Deniq; aduertendū est, istas actiones immanentes per quas producitur terminus, ita tendere in obiectum per mediū terminum productum, vt in sui intelligētia terminum contineant: quare si meditata mur eas completas & absolutas, & actionem & terminū simul indicabimus: est enim hoc intelligere attingere rem verbo producto, & hoc diligere est ferri

A amore producto in rem dilectam. Vbi declaratur ipse vsus termini per actionē producti; nam vbi deest similitudo actualis in specie impressa, necesse est intelligentem per expressam similitudinem, quæ est verbū, tendere in obiectū; & vbi deest actualis propensio in volūtate, necesse est diligentē per eam propensionē productam, quæ est amor, ferri in rē dilectā. Quāobrè apud autores probatos intelligere forsan accipitur, nō pro effectū formali intellectiōis, sed pro illo esse completo, quod præstat intellectio simul & verbū; non quod sit aliquis effectus realis cōmunis vtriusq; formæ, quod iam improbauimus; sed quia vtraq; forma, scilicèt, intellectio & verbū, cum suo duplici effectū formali, necessaria est ad hoc, vt potentia in obiectū tēdat, altera tamen vt actio, altera vt terminus. Hoc autem loquendi modo concurret verbū, vt causa ad intelligendū, hoc est, ad tendēdum in obiectū vt medium per quod tenditur; quia verbū est causa realis formalis quæ dat esse simile, quod esse simile in ratione termini continetur in ipsa cōpleta intellectiōe. Itaq; cōpletum intelligere non est simplex effectus, sed est simul tēdere & terminatū esse. Hic autē loquendi modus occasio est erradi; quare satius est, vt intelligere vsurpemus simpliciter pro effectū formali solius intellectiōis; & ita clariùs dilucidiusq; dicitur verbum non esse necessarium ad intelligendum necessitate causæ, sed necessitate termini; terminus autē nulla causa est actionis.

C

Occurrit autem hoc postremo loco exemplum fortè non abs re. Nam species sensibiles quas cernimus in pupilla reflexas ad nos, credibile est quòd terminent ipsam visionem quauis nō videantur ab eo qui ijs vtitur; sicut enim istæ species sunt in organo sensus, hoc est in pupilla, non vt forma pupillæ, sed vt forma mouēs sensum; ita videtur probabile esse, cum sint quædam similitudo sensibilis media inter obiectum & sensum, vt terminent actionem illam sine visionem, non vt res visa, sed vt similitudo in qua res videtur. Quod similiter dicendum est de speciebus sensibilibus residentibus in spatio inter obiectum & sensum. Quod si hoc non incredibile iudicetur, aptissimum exemplum habemus de verbo; nam si species sensibili-

Ita ab aliquibus forsan accipiuntur, qui dicunt concurrere verbū ad intelligēdum, vt causam realem formalem quæ dat esse simile.

Satius est vsurpētur simpliciter pro effectū formali solius actionis.

Species visibilibus mouēs sensū probabiliter terminat visionem vt similitudo media in qua obiectum videtur quin ipsa videatur.

Ita verbū terminat intellectiōnem, quin cognoscatur.

1. Obiectio.

Respons.

lis quæ est in sensu, terminat cognitionem, & non cognoscitur; multò meliùs dicendum est verbum, quod est in intellectu & est intellectiōnis terminus, non intelligi, & tamen terminare intellectiōnem ita vt in verbo intelligatur res.

Quòd si obijcias, consequens esse vt non sit necesse verbum produci per intellectiōnem ad hoc vt terminet, siquidè species sensibiles non producuntur per visionem, & terminant illā. Respondemus, verbum esse necessarium in ea intellectiōne, quæ non est simplex intellectiō, sed est verbi productiō ex propria ratione, & idcirco non posse existere verbum quod non sit intellectiōnis terminus productus, quod de sensu non dicimus.

QVARTAPARS.

Quanam cognitio verbum exigit?

1.

Sed vt disputatiōem dilatemus, querendum est non de sola intellectiōne, sed de omni cognitione etiam sensibili: & adhuc inuestigandum, quanam notitia accidat sine verbo?

2.

1. Concluf. Contra Molinam, Probatur.

Primò dicendum contra nonnullos Doctores, per actionem sensus externi non produci verbum. Ratio est quia species impressa in sensu externo est actualis, & distincta similitudo rei; vt videre licet in pupilla oculi, in qua egregiè depictæ sunt (vt ita dicam) res præsentæ; & eadem similitudo distincta, quam cernimus in oculo, peruenit ad sensum eū illo organo coniunctum. Esto igitur regula communis, siue in intelligibili, siue in sensibili cognitione, nullum terminū intrinsecū reperiri, vbi species impressa non est imperfecta; vbi verò imperfecta est, necessariò inueniri: sed vbi species nulla est, neque verbum est.

3.

1. Consect. Sensatio externa non est productio termini

Primum consecutarium est, per actionem externam sensus nihil produci; quia species impressa est perfecta. Qui verò aiūt aliquid produci, nullam rationem indicant sui asserti, nisi quia per omnem actionem producitur terminus, quod est falsum, vt disputauimus.

4.

2. Consect. Sensatio interna maximè.

Secundum consecutarium sit, in sensu interno posse inueniri terminum productum; siquidè species sensibilis est ibi in habitu, & non est absolutè similitudo rei, sed inchoatio quædam, ita vt oporteat potentiam producere similitudi-

nem, in qua obiectum cognoscatur.

Tertiò consequitur, vt Beati nō producant verbum per visionem Deitatis; quia nō habent speciem impressam, quæ sit visionis principium; essentia verò diuina, quæ coniungitur intellectui beato, & est visionis principium, neque species est impressa, neque verò imperfecta similitudo: consequens igitur est, vt ibi non sit necessarium verbum. De qua re alio loco disputabimus.

Quartò sentimus cum Thoma Caiet.

1. p. q. 27. art. 1. angelum intueri se ipsū sine verbo; quia, vt S. Thom. docet, Angelus nō habet speciem impressam sui; sed per substantiam suam, quæ est perfectissima, intuetur se ipsum: ergo neque verbo indiget in cognitione sui; nam cognitio per verbum est imperfectior, vt potè quæ attingit obiectum per medium intelligibile, scilicet, per imaginem, quæ est verbum. Et sicut vir quispiam meliùs cognoscitur intuitu sui, quàm in imagine; ita & id quod sine verbo cognoscitur per se ipsum, meliùs perfectiùsque cognoscitur. Præterea idcirco nō

C

ponimus speciem impressam in intellectu angeli ad cognoscendum se se, quia ipse intellectus est coniunctus cum substantia angeli, quæ est per se intelligibilis in actu, vt docet S. Th. q. 56. art. 1. & idcirco angelus nō potest cessare ab intuitu sui; ergo hæc sunt cōiuncta secundū esse intelligibile; ergo nō requiritur verbum: nam verbum est medium inter potentiam & obiectum; quare non potest poni, si obiectum sit per se ipsum coniunctum potentia. Et confirmatur, quia intellectus angeli non magis est coniunctus cum eius substantia, quàm intellectus humanus cum anima; & tamen

D

anima habet speciem sui impressam, quia non est per se intelligibilis in actu, saltem dum est coniuncta corpori; ergo illa coniunctio intellectus angelici cum substantia angeli est in genere intelligibili intima; ergo illius nullo modo est verbum. Adhuc idem comprobatur in sensu externo, in quo, quia res sunt præsentæ expositæ sensui, non ponimus terminos productos. Quid autem magis præsens secundum esse intelligibile, quàm sibi angelus? Dicendum ergo est angelum non producere verbum eo intuitu, quo se ipsam contempletur. Hæc certè argumēta multū nobis persuadēt, imò

3. Consect. Visio beata nō est productio termini.

6. 4. Consect. Caietan. Nec cognitio qua Angelus se intuetur. Probatur 1. S. Thom.

Probatur 2.

S. Thom. Intellectus Angeli est coniunctus cum illius substantia secundū esse intelligibile.

Confirmatur.

Probatur 3.

Heruus.
Valdè credibi
le est angelos
se inuicem al
terutros intue
ri sine verbo.
Probatur.

7.
Præcipua
obiectio pro
opinione
Bañes 1. p.
q. 56. art. 1.
dub. 2.

S. Thom.

Respons.

In Angelo no
titia quiddita
tiua sui, nõ est
abstractiua,
sed intuitiua
quidditatis, si
mulq; existẽ
tiæ quidditati
extraneæ, tem
poris &c.

imò valdè esse credibile iudicamus id, quod ait Heru. tract. de verbo q. 2. ar. 2. Angelos se inuicem alterutros intueri sine verbo, quia sunt sibi presentes. Nam sicut in sensu externo ipsa presentia obiecti per species impressas distinctas, & perfectas satis declaratur, vt non sit vltra necessarius terminus cognitionis, quod est verbũ; ita nihil verat, & de Angelis, qui sunt sibi modò quodã singulari præsentis, scilicet, vt formæ actu intelligibiles, idem quoque affirmare.

Præcipuum argumentũ contra opponunt, quòd cognitio Angeli de se ipso quidditatiua abstrahitur ab eius existentia & tempore, quæ accidunt quidditati creatæ: quare loco quidditatis sic abstractæ putant esse necessarium verbum. Quòd si percõteris, vtrumper istam eandem cognitionẽ abstractiuam Angelus intueatur se? Respondent affirmando. Quare eadẽ cognitio erit abstractiua, & intuitiua simul, quod est impossibile: nisi putent Angelos nõ semper se intueri, quod falsũ est, vt colligitur ex S. Thom. 1. p. q. 56. art. 1. vbi ait Angelũ esse formam actu intelligibilẽ, quæ scilicet, semper est in actu; sicut sensus rebus sensibilibus presentibus est semper in actu. Sed his omisis ad argumenta redeamus negando assumptũ, quòd cognitio Angeli de se ipso quidditatiua abstrahatur ab eius existentia, & tempore; est enim illa cognitio nõ solum quidditatiua, sed intuitiua ipsius quidditatis existẽtis; & licet existẽtia sit extranea quidditati, nõ est necesse, vt cognoscatur ab eodem extraneo Angelo per intellectiõnẽ abstractam: in hoc enim maximè isti Doctores falluntur. In nobis quippe id accidit propter imperfectionẽ intelligendi, vt vnum ab alio abstrahamus cogitãdo. Angelus ergo intelligit existentiam esse extraneam suæ quidditati, sed existentiam, & quidditatem simul vna intellectiõne intelligit: nam Angelus (vt de Deo cõfitemur) cognoscit enunciabilia, non enũciando; & cognoscit distincta, nõ distinctis conceptibus sed eodẽm. Ita & vno intuitu intuetur quidditatem suam, & existẽtiã, & accidentia: quare sicut nõ est necessaria distincta cognitio, alia essẽtiæ, & alia existẽtiæ; ita neq; est necessarium verbũ, quo cognoscat quidditatiuè sine existẽtia; sed eodem simplici intuitu intuetur vtrumque, vt clarissimè liquet.

A Quòd si adhuc obijcias Angelum in cognitione Dei naturali vsum etiam sua substantia loco speciei intelligibilis, tamen proferre verbum. Præstò est responsio, quòd substantia Angeli non est vera species intelligibilis; sed tamen dũ vice speciei intelligibilis ponitur in cognitione qua Angelus Deum contẽplatur, gerit vicem speciei imperfectæ; quia etsi melius eo munere fungatur, quàm quæcumque alia species impressa, tamẽ adhuc infinito interuallo distat à diuina natura. Et idcirco propter eadem causã qua species impressa imperfecta indicat necessarium esse verbum; substantia Angeli loco speciei impressæ & imperfectæ eiusdem rei, est argumentum quòd sit in illa cognitione verbum necessarium.

B Postremò colligendum est non pertinere ad intrinsecam rationem intellectiõnis (vt quidam putant) quòd producatur per intellectiõnẽ verbũ, aut quòd in verbo intelligamus. Nam ex dictis cõstat multas esse intellectiõnes sine verbo. Et probatur hoc idẽ; cognitio enim ex genere suo non postulat verbum, vt liquet in cognitione sensus externi; sed nulla est ratio singularis in cognitione intelligibili ex propria ratione, vt per illam verbũ producatur, quã apud neminem Thomistarũ legisse me recolo; ergo absq; causa asseritur per omnẽ intellectiõnẽ, ex propria ratione intellectiõnis, produci verbũ. Et explicatur argumentum; aiunt enim verbũ poni loco rei absentis, vel materialis; ergo vbi nõ inuenitur hæc causa ponẽdi verbum, præter rationẽ asseueratur ponẽdũ esse verbum. Et hoc idem cõprobant argumẽta quibus ostẽdimus Angelum in sui contẽplatione nõ producere verbũ. Deniq; Thomistę inficiari neq; possunt, neque volunt, quòd in beatis per visionẽ Deitatis nõ formetur verbum; & tamen visio illa beatorum est propriè, & essẽtialitèr intellectiõ; non ergo per omnem intellectiõnem producitur verbum; quæ est euidens consequentia.

C Ad hoc argumentum, quod est planissimum, duo sunt quæ respondet. Primũ, essentiam diuinam, quæ est obiectum visionis beatorum, esse coniunctam cum intellectu intimè; & idcirco non est necessarium verbum. Secundò respondent illam visionem esse supernaturalẽ, quare argumento hoc solum colligitur quòd

8.
2. Obiectio.

Respons.

In cognitione qua Angelus Deum contẽplatur, per suã substantiã hæc gerit vicẽ speciei imperfectæ.

5. Consectar.

Non pertinet ad intrinsecã rationẽ intellectiõnis, vt per illã producatur verbum

Contra *Bañes*

1. p. q. 27. ar. 1. *Dub. 1.*

q. 56. ar. 1. *Dub. 2. conclus. 6.*

Probatur, 1.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

Respondent, 1.

Respondent, 2.

per Dei potentiam possit esse aliqua intellectio sine verbo, saltē ea quæ est supernaturalis intellectio.

11.
Prior respon-
sio.
Refutatur pri-
mò.

Sed neutra responsio facit satis. Primum, quia quicquid de his, quæ respondent, statuendum sit, hoc tamē, quod volumus, obtinemus, ut potē per euidētē consequentiam comprobatur, quod nō per omnem intellectionem ex propria ratione intellectionis producat verbum; quia per visionem beatam non producit, ut permittunt, quamcunque ob causam id accidat. Deinde essentia diuina non est magis coniuncta intellectui beato, quā sit essentia Angeli coniuncta intellectui angelico, imò hæc magis coniuncta sunt: nam essentia diuina cum intellectu beato est copulata duntaxat secundum esse intelligibile; essentia verò Angeli cum eius intellectu non solum secundum esse intelligibile, sed etiam secundum esse naturale; ergo ex causa solius coniunctionis non apparet ratio, ut beati per visionem essentia diuinæ non producant verbum; Angeli verò per visionem suæ essentiæ producant verbum.

Refutatur se-
cundò.
Essentia diui-
na, & intelle-
ctus beati cō-
iunguntur so-
lūm secundum
esse intelligibi-
le.
Substantia An-
geli, & eius in-
tellectus infu-
per secundum
esse naturale.

Respondent
ad refutationē.

Quod si dicas beatos habere Verbum diuinum genitum in quo videant, & idcirco non producere verbum. Respondendum est, beatos videre essentiam diuinā per ipsam essentiam; & cum verbum ut verbum cōceptu proprio, & ratione formali verbi non sit essentia, sed persona, non vident in verbo genito quasi in medio intelligibili distincto ab essentia; aliā etiam Pater intelligeret in Verbo, ut in medio, siue forma intelligibili, quod est hæreticum, ut postea explanabimus. Videt ergo in verbo quatenus verbum includit essentiam secundum esse intelligibile, ut dicemus. Et ita vident essentiam in ipsa essentia secundum quod est per se intelligibilis. Quare si intellectio ex propria ratione postulet verbum, etiā intuentes diuinam essentiam oporteret intelligere in verbo creato, cum essentia diuina non ut essentia cōceptu proprio, & ratione formali essentiæ, sit verbum. Præterea, etsi ipsa essentia diuina esset verbum coniunctū cum intellectu beato, adhuc necessarium esset verbum ab intente productū, siquidem, ut aiūt, per omnem intellectionem producat verbum. Nam verbum non est necessarium ut obiectum, sed ut terminus intellectionis, qui est partus mentis, scilicet produ-

Conuincun-
tur.
Beati vident
essentiam diui-
nam per ipsā
essentiam; nō
verò in verbo
genito quasi
in medio in-
telligibili ab
ea distincto.

Refutatur. 3.

A ctus per intellectionem: ergo etsi essentia diuina, ut essentia, esset verbum, quod falsum est, ut dicemus; cum tamen non esset verbum ab intelligente productū; adhuc necesse esset produci per intellectionem verbum, siquidem id postulat, ut aiunt, propria ratio intellectionis.

Quod verò secundo loco respondent, minoris momenti est. Nam cum gratia non destruat, sed perficiat naturam, ut est in Theologorum proverbio; imò neque potentia diuina destruat naturas rerum, aut illas variet, quoad ea quæ continentur in propria ratione naturæ; si intellectio ex propria ratione cōmuni est productio verbi, profectò nulla intellectio etiā supernaturalis ex dono gratiæ, vel etiam per diuinam potētiam poterit existere, per quam verbum non emanet: aut sanè coarctanda est assertio, ut non dicant per omnem intellectionē ex propria ratione illius produci verbum. Sed per omnem intellectionē, saltē ordine naturæ seruato, produci verbum. Et hoc quoque non satis scitē dicitur; nam per multas intellectiones etiam supernaturales, vna excepta visione beata, producit verbum: atquæ per eas in quibus verbum productum confitemur, ita est ex intima ratione necessarium, ut non possint per Dei potētiam sine verbo extare, sicut antea declarauimus. Denique si intellectio ex propria ratione esset productio verbi, Philosophus qui sciret naturam intellectionis, colligeret in diuina essentia esse verbum, siquidem est in Deo intellectio, quod tamen est falsum. Melius ergo & absolutē dicendum est, nō per omnem intellectionem verbum produci, nequē hoc pertinere ad cōmune rationem intellectionis.

12.
Posterior res-
ponso.
Refellitur. 1.

Per intellectio-
nes etiam su-
pernaturales,
excepta visio-
ne beata, pro-
ducitur verbum.

Refellitur. 2.

QVINTA PARS.

Verbum à nobis non cognoscitur cum re cognita.

D

Isputandum iam est, vtrum necesse sit, verbum cognosci, ut rem in verbo intelligamus. Affirmant plurimi, præcipuè Doctores Ioan. Capreol. d. 27. q. 1. & q. 2. ad argumenta Aureoli. Thomas Caiet. 1. p. q. 27. art. 1. Fracisc. Ferrar. lib. 1. contra gēt. cap. 51. & 4. cōtra gēt. cap. 11. Gregor. in 1. d. 3. q. 1. cōclusionē 2. & 4. Syluest. in constat. q. 27. art. 1. Hispalen. dist. 27. quæst. 1. & 2. Bartholom. Torres q. 27. artic. 1. & alij.

1.
Affirmant
cognosci,
Capreol.
Caietan.
Ferrar.
Gregor.
Syluest.
Hispalen.
Torres.

Quo-

Ratio ex Arist.

Quorum Doctorum hæc est prima ratio, quod in imaginem, & rem cuius est imago, vnus est motus mētis, ex Aristot. lib. de Memoria, & Reminiscentia cap. 1. quare cum verbum sit rei imago, necesse est simul cum re cognita verbum cognosci.

2. Negatiua pars longè præfertur.

Probatu clarissimis rationibus. 1. ratio.

2. ratio, excludens cognitionem abstractiuam.

2. intuitiuam.

3. ratio excludens abstractiuam.

Nos tamen summopere ab his Doctoribus dissentimus, vtpotè maius habentes patrocinium, rationem: est enim luce meridiana euidentius, verbum mētis non cognosci à nobis, etiamsi res in verbo cognoscamus. Nam hoc quidem negare satius esset, quod cognoscamus res in verbo; sed affirmare quod simul cognoscamus verbum, proterui videtur esse ingenij, & in luce cæcutientis. Nam si verbum cognoscerem vt medium intelligibile, sicut aspicio lucem, & in luce res alias, multò euidentius cognoscerem verbum, quàm res alias in verbo, iuxta illud, *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.* Præterea, si cognosco verbum, & non per aliud verbum, aliàs esset progrediendum in infinitum; concedendum necessariò est quod cognoscitur verbum per se ipsum. Et hoc idè confirmatur, quia non cognosco verbum per causam, aut per effectum; per se ipsum igitur cognoscitur absque medio vllò, sed per sui præsentiam, & existentiam; ergo cognoscitur intuitiua notione, quæ est euidentis: de re autem euidenti non potest esse dubitatio, non solum inter sapientes, sed neque inter rudes; cum tamè multi sint, qui negent verbum cognosci. Profectò hæc egeritatem de me satis testabor, quod nõ video verbũ in mēte mea, dum rem quampiam cognosco; imò si sit verbum in me, aut sola intellectio, non nihil hæsito, quia præcipuè non video. Et hoc iterum comprobatur, nam si verbum cognoscitur ad hoc, vt in illo cognito res alia cognoscatur, necesse est cognosci verbum euidentissimè per intuitum; nam si verbum intuitu mentis non percipitur, necessarium erit aliud medium intelligibile, in quo percipiatur: sicut enim non potest esse motus cognitionis in rem aliquam per imaginem sensibilem, nisi intueamur imaginem; ita neque in rem cognitam possumus tēdere per verbum cognitum, nisi intueamur verbum. Dicendum ergo est non esse necesse, vt cognoscatur verbum; vel id permittendum, quod verbum non solum cognos-

camus, sed & intueamur; quod iure optimo cæteri, qui verbum in se ipsis non intuentur, recusant. Denique si necesse est verbum cognosci hac necessitate, vt in illo cognoscamus re, erit sanè instrumentale signum, quod ex cognitione sui ducit in cognitionem alterius; & ita necessaria esset duplex cognitio, prima folius verbi, secunda verbi & rei simul quæ in verbo cognoscitur; sicut accidit in signo instrumentali, siue imagine sensibili; hoc autem valdè incredibile apparet. Non ergo necessarium est cognosci verbum ad hoc, vt in illo res cognoscatur.

B Imò & Angeli, qui suum verbum simul cognoscunt propter excellentiam cognitionis, non cognoscunt illud hac necessitate, vt per illud cognoscant res alias; neque cognoscunt res per verbum, vt per medium cognitum, quia tūc cognitio verbi esset causa cognitionis rei; quod in Angelis non accidit, sicut neque discursu vtuntur; sed intelligunt res in verbo vt & nos, quatenus verbum est ipsa res cognita; & cognoscunt simul verbum bonitate intelligentiæ; quod nos non cognoscimus, quia non est nobis per se cognoscibile.

C Duo sunt quæ respondent isti Doctoribus ad id quod obijcimus nos verbum in mente non experiri. Primum Ioan. Capreol. & Hispalens. aiunt ingenio polentes id experiri in se ipsis. Bartholom. autem Torres doctos ait idem consequi experimento. Igitur cōfitemur nos tardos esse, & minimè sapientes, qui non habemus tantam experiēdi solertiam. Sed neque illi satis aduertunt saltē argumento confici, vt non sit necesse cognosci verbum, nisi ab ingeniosis, & doctis, qui illud experiuntur; nam alij sine isto experimento cognoscunt rem in verbo, & non cognoscunt verbum. At quid magis ridiculum, quàm id quod experientia constat, dicere esse aliquorum non omnium? quasi doctiores alio intelligendi genere vtantur.

D Thomas Caiet. & Syluester respondent, verbum non cognosci vt res est, sed duntaxat vt imago intelligibilis est; & ita cognoscimus verbum vt imaginē in ipso vsu reali quo rem in verbo intelligimus. Eadem distinctione vtitur Aristoteles de Memoria, & Reminiscentia. Et S. August. 15. de Trinitate cap. 24. & 29. & S. Thom. d. 27. q. 2. art. 3.

4. ratio.

Necessaria esset duplex cognitio, vt accidit in signo instrumentali, siue imagine sensibili alia verbi, alia verbi & rei.

Angeli intelligunt res in verbo, vt & nos, & inuiper bonitate intelligentiæ simul cognoscunt verbum.

3. 1. responsio. Capreol. Hispalen.

Torres. Refellitur.

4. 2. responsio. Caiet. Syluest. Nititur quadā distinctione. Arist.

S. August. S. Thom.

5.
Confutatur.

Hæc verò quæ sunt acutiùs dicta, æquum est studiosiùs etiã confutare. Et illud iam displicet quòd distinguunt verbum non intelligi vt res est, sed vt imago. Nam verbum essentialitèr est quædam forma intelligibilis, quam dicimus intelligibilem imaginem; imago autem est nomè æquiuocum quòd significat re quãpiam absolutam, in qua fundatur relatio imaginis, & significat etiã ipsam relationem. Et vtrouis modo Caietanus intelligat, nulla est distinctio in re ipsa, vt cognoscatur verbum vt imago, & non vt res.

Nulla est distinctio in re ipsa, vt cognoscatur verbum, vt imago, & non vt res.

Probatur hoc 1. de imagine pro relatione reali imaginis

Hæc est relatio ad producentem verbu.

Relatio imaginis ad rem representatã est rationis.

Probatur. 2. de imagine pro forma, seu re absoluta.

Confirmatur.

Verbum est simplex forma

Probatur. 3. In intuitiua cognitione nõ est ea abstractio.

Probatur. 4.

vt cognoscatur verbum vt imago, & non vt res. Et aduertendum est quòd mediũ intelligibile in quo intelligimus rem, nõ est relatio imaginis; illa enim intelligitur alio proprio conceptu relatiuo; & non magis est necessaria ad cognitionẽ rei, quã quouis alia relatio, quæ simul cum termino relatiuo cognoscitur. Imò relatio imaginis in verbo, est relatio ad producentem verbum, quæ non est causa cognoscendi rem. Si verò loquaris de relatione rationis, qua verbum refertur ad rem representatã, illa relatio rationis non est medium intelligibile quòd verbum dicimus, quòd est causa realis cognoscendi; & ea relatio rationis per alium conceptum intelligitur in cognitione reflexa, dum eas relationes quæ sunt in verbo, speculamur. Est ergo medium intelligibile formalitèr aliquid absolutum non relatiuum, vt ostendimus; sed in consideratione absoluta verbum est simplex forma, quam dicimus intelligibilem imaginem; ergo si cognoscitur vt imago, cognoscitur vt res; aliàs in verbo duo sunt, alterum quòd cognoscitur, alterum quòd non cognoscitur, quòd est impossibile. Et confirmatur, quia in verbo non est aliquid quasi materia, & aliquid vt forma, vt cognoscatur materialitèr non formalitèr; sed est simplex forma quæ vel omninò nõ cognoscitur, vel cognoscitur vt forma intelligibilis, quæ est ratio imaginis absoluta in ipso verbo. Deindè verbum si cognoscitur vt in illo res cognoscatur, necesse est cognosci intuitiua notione, vt comprobauimus, in qua nõ est abstractio rationis, vt intelligatur verbum vt imago, & non intelligatur vt res; ergo nulla est distinctio ista à Caietano excogitata. Præterea, res est quid commune & intimum in essentia cuiusque rei; ergo si verbum cognoscitur vt imago, cognoscitur vt res. Denique,

A quòd ad rem est, quocunque modo verbum cognoscatur, hoc ipsum oportet experienciã esse compertum; quare per hanc distinctionem argumentis non fit satis. Et iisdem rationibus arguimus, si dicas verbum cognosci, vt imago est, scilicet, vt est quid relatiuum; cum constet medium intelligibile non esse quid relatiuum, sed absolutum.

B Ego suspicor vehementèr Thomam Caiet. sensisse quòd verbum cognoscitur simul cum re, eo modo quo ipse arbitratur Christum Dominum adorari in imagine, ita vt imago non sit res adorata, & tamen simul cum Christo adoretur in quodam vsu imaginis, & in actu exercitò; vt similiter verbum non sit res intellecta, sed simul cum re intellecta intelligatur in quodam vsu imaginis, vt imago est. De qua existimatione in adoranda imagine aliàs tractabimus: neque nobis videtur esse verosimilis.

Sed hoc loco explicandum est, vtrum quòd ad verbum attinet, possit sustineri isthæ opinio, vt dicamus verbum non cognosci, vt rem cognitã, sed simul cũ re cognita cognosci?

C Quòd vt melius præstemus, illud aliud disputabimus, quòd est in quæstione ista præcipuum; quonam pacto possit intelligi, vt in verbo cognoscamus rem, non cognoscentes ipsum verbum; & quòd sit velut medium cognoscendi, & terminus cognitionis, & non cognoscatur? ceteræ enim actiones per medium ad extrema perueniunt; & terminum etiã medium necessariò attingunt; ergo & cognitio rei, quæ per verbum ad rem attingit, verbum ipsum attingit, & percipit.

D Propter hæc elucidandã aduertendã est, illas actiones immanentes per quas non producit terminus, pertingere ad obiectum absque medio; actiones autè eas per quas producit terminus, medio termino producto, cum obiecto coniungi; vnde fit vt in proprio conceptu includant terminum & obiectum simul. In actionibus igitur in quibus non producit terminus, nihil potest esse terminus, quòd non sit simul obiectum, in quòd scilicet fertur ipsa actio; actio enim immanens in obiectum fertur. At verò illa actio immanens per quam producit terminus, cum in sui conceptu & vsu terminum ipsum includat, non est consequens quòd feratur in terminum productum

Probatur. 5. experientia.

6. Caietani sententia declaratur.

Medus quo Caietan. ait imaginẽ adorari simul cũ Christo, nõ videtur verosimilis.

7.

8.

Præcipua difficultas in hac quæstione.

9.

Aduert.

Actio immanens in obiectum fertur. Ea quæ terminum producit cum in sui conceptu & vsu,

terminū ipsū includat si in illum ferretur vt in obiectū quasi in se ipsū reflectere.

Hoc verò humanum non esse.

Probatur. 1.

Secundò.

10.

Longè perfectiùs representat imago per hoc quod est forma intelligentis, quàm quod cognita ducat in cognitionem rei.

In angelis fortè ipse amor diligitur.

Cōtra Caiet. Imago Christi est verè res adorata, & simul cū Christo adorata.

ductum vt in obiectū, quoniam hoc est quasi in se ipsam reflecti. Sed sicut sunt actiones, in quibus nulla est reflexio ex eo quod sunt imperfectæ, vt visio sensibilis; & sunt aliæ in quibus est reflexio, quia perfectæ sunt, vt intellectio. Ita etiã quod per intellectionem primam directam intelligatur verbū, quod pertinet ad ipsum vsum intellectionis, est quædã perfectio intelligentis, quæ in nobis non inuenitur, sed in angelis. Et quod hoc verum sit, duo persuadent, tum experientia, qua verbum, vt dictum est, non cognoscimus, cum tamen in verbo cognoscimus, vt probatissima opinio testatur: tum etiam, quia per dilectionem non diligimus amorem procedentem per illam, qui tamen est terminus illius, vt Thomistæ communiter confitentur.

Et vt clariùs res intelligatur, attentius oportet perspicere, quod verbū ita est imago rei intelligibilis, quod est simul forma rei intelligentis; & idcirco vt intelligens in imagine cognoscat, non est necesse vt cognoscat imaginem, sed satis est, vt ipse sit formatus imagine illa intelligibili. Imò perfectiùs longè exercet officium suum ea imago, quæ representat rem per hoc quod est forma intelligentis rem; quàm ea, quæ ex cognitione sui, ducit ad cognitionem rei. Et idcirco etiã in angelis verbum hoc modo representat rem, vt docuimus, per hoc, scilicet, quod est forma intelligentis, licet aliàs ipsum verbum simul ab angelis intelligatur propter perfectionem intellectus angelici. Et de amore dicendum eodem modo, quod est terminus dilectionis, nō per hoc quod diligitur, sicut in angelis fortè ipse amor diligitur; sed per hoc quod est forma diligentis. Itaque negamus in nobis eum terminum, qui est forma agentis esse obiectū actionis, vt per intellectionem sit cognitum, aut per dilectionem, dilectum. De imagine verò Christi alia est ratio; nam etsi cōtra Thomam Caiet. dicamus imaginem esse verè rem adoratam, & simul cū Christo adoratam; verbum verò dicimus non simul cum re intellectum: quia, vt modò dicebamus, imago Christi est res extra potentiam, quæ necessariò est obiectum potentia; verbum autem non est obiectum, sed terminus, & forma potentia. Quomodo autem dicatur res intellecta, verbum, parte sequenti capitis est disserendum.

Confirmatio.

Hæc est sententia Recentiorū Doctorum, quæ confirmatur auctoritate S. Thomæ de Potentia q. 9. art. 5. vbi interpretatur verba Aristotelis, quod phantasma speculamur, quasi corrigens illud verbum speculamur, siue cognoscimus phantasma. *Hoc est, inquit, speculamur, siue cognoscimus in phantasmate.* planè negavit phantasma ipsū cognosci in speculatione rei: est autem phantasma idolum productum per cognitionem sensus interni. Eadem est aperta sententia Durandi d. 27. q. 2. n. 19. vbi docet verbum non esse signum instrumentale, quia signum instrumentale est obiectum cognitum; obiectum autem cognitum non potest latere, cum tamen verbum nos lateat. Et idem sentit Aureolus apud Ioan. Capreol. & alij.

SEXTA PARS.

Esse verbi est cognosci.

Reliquum est, vt illud enunciatum Doctoris Sancti commentemur 4. contra gent. cap. 11. & de Veritate q. 4. art. 5. Et opusc. 14. & Cōment. in Ioan. c. 1. esse verbi est cognosci, & verbum est ipsa res cognita. Thomas Caiet. q. 27. art. 1. dub. 4. cum Ioan. Capreol. d. 27. q. 2. ad 3. aiunt verbum cognosci à nobis, quod iam confutauimus; & adiiciunt ad hoc, quod hoc ipsum cognosci est esse verbi, & illius vltima perfectio. Distinguit autem Caietanus cognosci vt terminum cognitionis, & cognosci vt obiectum: nam cognosci vt terminum intrinsecum cognitionis, affirmat esse quidpiã reale, vt statim declarabimus; cognosci autem vt obiectum, est relatio rationis nominantis rem ab aliquo extrinsecò, vt paries nominatur visus sola relatione rationis ab extrinsecò adueniente, quia videt quis parietem; & ab illa visione quæ est in vidente, paries nominatur visus; & res quam cognosco nominatur cognita.

Atquæ vt ostendat cognosci in mente esse aliquid reale, meditatatur Caietanus quod intelligere est quoddam esse, iuxta sententiam S. Thomæ quod intelligere habet se ad intellectum, vt esse ad essentiam; & affirmat quod hoc ipsum intelligere quod est esse intellectus, est effectus forma-

11.

S. Thom. Interpretatur & quasi corrigit Aristotelē.

Durand.

Aureol.

1.

S. Thomæ enunciatum.

1. interpretatio proximè improbat. Caiet. Capreol.

Iuxta Caiet. cognosci duplex; aliud terminus cognitionis, & aliquid reale; aliud obiectum, & aliquid rationis.

2.

Iuxta eundem, intelligere, proindeq; & intelligi, est quoddam esse, S. Thom.

formalis intellectiōnis & verbi, sicut materia, & forma est vnum esse; cognoscere autem & cognosci non distinguitur, nisi differētia grammaticali penes actiuam, & passiuam; sed esse re ipsa eundem effectum formalem vtriusque, scilicet, intellectiōnis, & verbi: quare consequens est, vt hoc cognosci quod est effectus formalis verbi, sit aliquid reale, & maxima perfectio: & quod esse verbi sit cognosci.

3. Etiam mentis acies dum nimio plus exacuitur, solet retundi. 1. aduertend. Esse informatum, seu effigiatum intelligibili similitudine est effectus formalis verbi.

Ego verò in quavis proposita quæstione minimè in angustias me libens conijciam; nitar autem omninò, vt non dicam incredibilia. Nam & mentis acies, dum nimio plus exacuitur, solet retundi. Ponamus igitur id, quod nullus recusat, vnamquæque formam habere suum effectum formalem; quo dato necesse est, vt intellectiō, quæ est forma quædã & actiō, suum habeat effectum, quod est intelligere, & agere; actiō quippè formalitèr dat agere: verbum autem est quædam imago informans intellectum, siue quædam similitudo intelligibilis, vt nullus non confitetur. Quare necesse est vt effectus formalis verbi non sit agere, neq; intelligere, sed esse informatum; quasi effigiatum, siue figuratum intelligibili similitudine.

4. 2. aduertendū.

Ad hæc, ponderanda sunt verba S. Thomæ more philosophico loquentis, quotiès ait, verbum esse rem intellectã; neque enim affirmat ipsum verbum intelligi, vt parte antecedenti commensuratum est; sed ait verbum esse rem illã, quam intelligimus, vt verbũ leonis esse leonem; quod legenti S. Thom. perspicuum erit, præsertim 4. contra gent. cap. 11. & de Veritate q. 4. art. 1. in corpore, vbi etiam planissimis verbis ait, in solo Deo verbum, & rē intellectam esse idē; in rebus autem creatis esse res diuersas verbum, & id quod per verbum intelligimus. Cum autem verbum sit res distincta ab ea re quam intelligimus, conficitur commētarius huius sententiæ, quod verbum est res intellecta; verbi gratia, verbum quo cognosco leonem, est leo; non est leo re ipsa, sed similitudine dicitur leo, sicut imago Imperatoris vocatur Imperator: & eodem sensu, verbũ est res cognita. Hæc autē verba S. Thomæ planissima, & vsu Philosophorũ tritissima, ansam dedere viris etiam doctis in re non dubia hallucinandi.

Verbum leonis est leo nõ re ipsa, sed similitudine: sicut imago Imperatoris vocatur Imperator.

A Ex his autem quæ minimè sunt difficilia intellectu, & omnium ferè consensu comprobata sunt, deducemus, & opinionis Thomæ Caiet. confutationem, & veræ assertiōnem sententiæ.

Quod igitur Caietanus ait, cum Ioan. Capreol. cognosci vt terminum intrinsecum esse quidpiam reale; si intelligant illud cognosci, quo verbũ cognosci credunt, esse realem effectum, ingenuè falluntur: tum quia nos non cognoscimus verbum ea intellectiōne quã verbo vtimur, vt diximus: tum maximè quia in angelis, qui verbum in ipso vsu intelligendi cognoscunt, cognosci verbum nõ est effectus realis: cognitio enim, qua verbum cognoscitur, est à verbo distincta; & ab hac cognitione, quæ est res distincta, dicitur verbum cognitum denominatione extrinseca (vt aiunt) & sola relatione rationis.

Quod si respõdeas pro Caietano, quod in cognitione qua producitur verbum, cognoscere est producere verbum, quare cognosci est produci, produci autem est res quæpiam. Obistendum etiam est huic responsiōni; tum quoniam, vt diximus, verbum non producitur per actiōnem distinctam ab intellectiōne quæ sit quasi transiens, & sit ipsum verbum productum; quare verbũ produci nihil reale est in verbo, vt diximus. Tum quia non est bona consequentia, cognoscere est producere verbũ; ergo cognosci est produci: concedimus enim antecedens ad bonũ sensum, quod cognoscere est producere verbum, hoc est, percipere rem producto verbo, vt in soluendis argumētis declarabimus: quo dato non est consequens, vt cognosci sit produci verbũ; sed cognosci est rem percipi producto verbo: & ita verbum cognosci non est verbum produci. Tum denique quoniã Caietanus non existimat, quod verbum intelligi est produci, sed ait, intelligi esse effectum formalem verbi; produci autē si quid reale est, non est effectus verbi, sed antecedit in ordine causæ.

At verò quod intelligere sit vnus effectus formalis intellectiōnis, & verbi simul, nihilo est verosimilius; tum quia duarum formarum duo sunt effectus formales: sunt autem duæ formæ intellectiōnis, & verbum; & duo effectus formales, vt notauimus, quorũ alter est intelligere, quod est agere, alter esse simile quod non

1. interpretatio cõsuetatur. Illud cognosci quo verbũ cognosci credit Caietan. nõ est effectus realis. Probatur. 1. in nobis. 2. in angelis.

7. Respõsiõ pro Caietan. Refellit. 1. Verbum produci nihil reale est in verbo. Refellit. 2. Cognoscere est producere verbum, hoc est, percipere rem producto verbo: sic & cognosci. Refellit. 3. Iuxta Caiet. intelligi est effectus formalis verbi: produci verò antecedit. 8. Intelligere nõ est effectus formalis intellectiōnis, & verbi simul. Probatur. 1.

7. Respõsiõ pro Caietan.

Refellit. 1. Verbum produci nihil reale est in verbo.

Refellit. 2.

Cognoscere est producere verbum, hoc est, percipere rem producto verbo: sic & cognosci.

Refellit. 3. Iuxta Caiet. intelligi est effectus formalis verbi: produci verò antecedit.

8. Intelligere nõ est effectus formalis intellectiōnis, & verbi simul.

Probatur. 1.

non

non est agere. Neque fingi potest quod ab his duobus effectibus emanet alius; quod si emanaret, utique ille non esset intelligere; intelligere enim est effectus formalis intellectus, ut liquet: est enim intellectio actio qua formaliter quis est agens, & intelligens; & intelligere est esse intelligentē. Præterea effectus formalis non distinguitur à forma; quare si intellectus, & verbi esset vnus effectus formalis, hæc duo essent forma vna saltē compositione vna; est autem impossibile ex duabus formis aliquid componi, compositio enim est ex actu, & potentia; duæ autem formæ sunt actus duo, nihil componentes. Quare & illud exemplum materiæ, & formæ ad rem non est; ibi enim est compositio utpotē ex potentia, & actu, cuius compositi est vnum esse, hoc est, vna existentia. Imò in exemplo eodem non damus vnum effectum formalem duarum formarum, sed vnus formæ; damus enim vnā existentiam quasi formam, cuius effectus formalis est existere.

Probatur. 2.

Impossibile est ex duabus formis aliquid componi.

In exemplo materiæ, & formæ est vna existentia, & vnum existere.

9. Vera interpretatio duplex. Prima, esse verbi est cognosci, hoc est, est cognosci rem in verbo, seu representari.

Secunda, cognosci, hoc est, per tropū esse rem cognitā, est esse verbi.

Representare est relatio rationis, sed hoc nomine relatum

Dicendum igitur est necessariò, quod esse verbi est cognosci eodem sensu, quo verbum est res cognita, hoc est rem quāpiam cognosci in verbo, est esse verbi; vbi enim ponimus verbū, asserimus cognosci rem in verbo, cognosci autem rem in verbo nihil aliud est quā representari, siue exprimi; hoc autem quod dicimus exprimi, siue representari, est effectus formalis imaginis. Cum ergo verbū sit quædam imago, esse verbi est rem in illo representari, siue exprimi, & hoc est rem cognosci in verbo; ergo cognosci est esse verbi. Duplex ergo est commentarius in idem dictum, quod cognosci est esse verbi, hoc est rē cognosci in verbo, est esse verbi; vel si durius libet in verbis hæere, cognosci est esse verbi, hoc est verbum cognosci est esse verbi, eodem tamen sensu quo verbum dicitur res cognita: sicut enim verbum dicitur res cognita per tropum ob similitudinē, & representationem, ita eadem eloquutionis figurā, cognosci, hoc est esse rem cognitā, est esse verbi. Quæ in re nihil S. Thomas dixit aut inauditum, aut nouum, sed loquutus est grauiori methodo. Et aduertendum est quod licet hæc verba, representare, exprimere, sint relationes rationis, indicant tamen aliquid absolute, & reale, scilicet effectum for-

A malem verbi. Nam vt verbum est forma intelligibilis, effectus formalis verbi est quoddam esse intelligibile, in quo res representata est; & hoc esse absolutum indicamus nomine relatiuo cū dicimus, rem representari, & cognosci esse effectum formalem verbi.

B Quod verò hic sit germanus sensus, colligendum est ex verbis ipsius S. Doctoris q. 9. de Potentia art. 5. vbi dicit, rem quæ intelligitur esse intellectā per accidens, ipsam verò verbum esse per se intellectū. Cum enim haud dubiè accidat verbo intelligi, vt cæteris rebus accidit; nihil enim est per se intellectum cui non accidat intelligi, nisi diuina essentia à se ipsa cognita; indagandum est quo sensu dixerit S. Doctor verbum esse per se intellectū. Quod faciliè occurrit; est enim verbum essentialitè forma intelligibilis, & hoc est verbum esse rem intellectā; in hoc igitur eodem sensu verbum est per se res intellecta; res autē ipsa quæ intelligitur in verbo, est per accidens intellecta. Et hac eadem interpretatione concedimus quod in verbo cognosci, quod est esse verbi, utpotē effectus formalis illius, est aliquid reale. Et hoc confirmatur simili sententia S. Thomæ de Veritate q. 4. art. 2. vbi ait verbū ex propria ratione esse quid intellectū; sanè ex propria ratione, quia ea est eius quidditas. Et 4. contra gentes cap. 11. affirmat tamdiū verbum esse quamdiū intelligitur, quia eius esse est intelligi. Quæ verba sunt eadē explicatione moderanda; loquitur quippè eadem phrasi, qua ibidem ait verbum esse rem quæ intelligitur. Et eodem more loquendi Marius Victor. libr. 3. contra Arium id quod intelligitur arbitratur esse id, quod de intelligente procedit; nempe verbum.

C Crediderim profectò Thom. Caiet. his verbis deceptum dixisse verbum intelligi eo modo, quem parte antecedenti commemorauimus; hoc est intelligi non vt rem intellectā, sed vsu quodā imaginis in actu exercito, & hoc intelligi esse ens reale, sicut credit de adoratione imaginis. Et quidē verissimū est quod esse imaginem est ens reale; sed quod verbum intelligatur in illo vsu, & non sit res intellecta, impossibile est; sicut de imagine dicimus, nequē vsus imaginis est aliquid reale in imagine, vt indè colligamus

tuo indicatur effectus formalis absolutus verbi.

10. Dicta interpretatio colligitur ex alijs locis S. Thom. Primus.

Soli essentia diuina essentialitè est intelligi.

Iuxta hanc interpretationē in verbo cognosci est aliquid reale, utpotē effectus formalis verbi. Secundus.

Tertius.

Mar. Vili.

11. Caietani sententia declaratur.

Impossibile est quod verbum intelligatur in vsu imaginis in actu exercito, & non sit res intellecta.

Vsus imaginis non est aliquid reale in imagine.

ligamus

digamus, intelligi ipso usu imaginis esse quidpiam reale.

Quod verò ait intellectiois, & verbi vnum esse effectum, aliquod habet in modo loquendi fundamentum, quod capite sequenti elucidabimus.

CAPVT V.

Argumenta refelluntur.

EX argumentis, quæ Aureolus apud Ioan. Capreol. Durandus item & Ioan. Scotus obijciunt cõtra distinctionem intellectiois à verbo, illa congesimus in hunc locum, quibus volunt probare verbum non esse necessarium; alijs etiam adiectis ad idem comprobandum.

Primò arguitur. Intellectus in actu primo iam est formatus ea similitudinè, quæ est necessaria ad intelligendum, aliàs non posset producere intellectiois; ergo antequàm producat intellectiois, habet similitudinem ad intelligendum necessariam; ergo non producit per intellectiois alia similitudo quæ sit ad intelligendum necessaria, scilicèt verbũ.

Secundò. Intellectus noster per suam essentiam nullam habet similitudinem cum rebus intelligibilibus, in quo genere est pura potentia, & per speciem impressam assimilatur illis; ergo si ab intellectu oritur quapiam similitudo, ea tota est referenda ad speciem intelligibilem impressam; ergo non potest esse similitudo ista, quæ oritur ab specie maior, quàm sit ipsa species, sicut à minùs calido non fit magis calidum, iuxta verbum Aristotelis, quòd à proportione minoris inæqualitatis non fit actio; ergo verbum nõ est maior similitudo, quàm species impressa; ergo non est necessarium; ad hoc enim ponitur verbum, vt perfectiùs rem representet, eò quòd fit expressior eius similitudo. Et cõfirmatur, quia si ex specie impressa oritur verbum, multò magis ex vno verbo oriretur aliud, & esset in infinitum procedendum.

Tertiò. Idem obiectum mouet potètiã & terminat, vt in sensibus experimur; ergo eadem species impressa mouet, & terminat potentiam: quod in sensu videtur etiam concedendum; cù enim in oculo cernamus speciem visibilè, quæ est media inter sensum, & obiectum, credendum est obiectum percipi à sensu me-

A dia illa specie, ita vt in specie visibili cernatur; quare eadè species mouet, & terminat. Igitur idem dicendum est in intellectiois, quòd species impressa sit principium, & terminus intellectiois, & non sit alius terminus, quem verbum dicimus.

Quartò. Ipsa intellectio est similitudo rei cognitæ, & est similitudo perfecta producta ab intellectu, & specie impressa; ergo nõ est necessaria similitudo alia, quam in verbo meditatur. Et confirmatur, quia id quòd perspicitur absque medio interiecto, melius perspicitur; sed verbum ponitur vt medium inter intellectiois, & rem intellectam; ergo potius obstat intellectiois, quàm vt ei sit adiumento; ergo non est necessarium.

Quintò. Verbum ponitur loco rei absentis, vt suã præsentia compenset rei absentiam; sed est quadam notio abstractiua rei absentis, vt absens est, in qua hoc ipsum conuenit, scilicèt quòd cognoscatur res, vt absens; ergo in ea non erit necessarium verbum, quòd faciat rem præsentè. Et confirmatur, quia notitia hæc rei absentis, quæ abstractiua dicitur, potest esse æquè perfecta, sicut est rei præsentis intuitus; sed ad hanc non est necessarium verbum; ergo neque ad illam. Confirmatur secundò, quia in Deo vbi est summa præsentia obiecti, ponimus verbum per intellectiois procedens.

Sextò probatur validissimo argumento, quòd verbum nõ sit necessarium necessitate termini; terminus enim actionis est natura posterior; ergo non est ad ipsam operationem necessarium; ergo impossibile est quòd verbum sit terminus per intellectiois productus, & ad intelligendum necessarius. Et confirmatur, quoniam inter causam formalem, & suum effectum nihil est medium ordine nature, vt liquet; verbi gratia, inter albedinem, & album esse, nihil medium est, sed ad albedinem immediatè sequitur album esse; intellectio autem est causa formalis, cuius effectus est esse intelligentem, siue intelligere; tunc sic proceditur, intellectio antecedit natura verbum; ergo & ipsum intelligere, quòd est effectus formalis, antecedit verbum; ergo in illa antecedètia intelligitur res, & non intelligitur in verbo; ergo verbum non est ad intelligendum villo modo necessarium.

5. Quartum.

Confirmatur.

6. Quintum.

Confirmatur.

Confirmatur.

7. Sextum validissimum.

Confirmatur.

12. verbum

1. i. argum.

2. i. argum.

3. Secundum.

Arist.

Confirmatur.

4. Tertium.

cessarium. Et est maior difficultas de angelo, quem diximus intelligendo, ipsum verbum cognoscere, quo rem aliam cognoscit; videtur autem non posse percipi, quod in illa antecedentia, in qua cognitio prius existit, quam verbum, cognoscatur ipsum verbum.

8. Septimum.

S. Thom. Primus locus

Secundus.

Tertius. Quartus.

Ratio.

Septimo arguitur contra id, quod docuimus parte 2. capituli, non per omnem intellectiōem produci verbum, quoniam contrarium videtur sentire Sanctus Thomas: parte, quæst. 27. artic. 1. ubi ait quemcunque intelligentem, hoc ipso quod intelligit, concipere verbum. Et idem docet quæst. 9. de Potentia art. 5. & libr. 1. contra gentes cap. 53. & de Veritate quæst. 4. art. 2. ubi ait omnem conceptionem, siue verbum procedere ab alio, etiam cum res intelligitur per essentiam. Et probatur, quoniam si non per omnem intellectiōem procedit verbum, consequens est vt accidat intellectiōi producere verbum; quod autem accidit non est necessarium. Quod si respondeas intellectiōem non per accidens, sed per se producere verbum, consequens est vt omnis intellectiō producat per se verbū, imò quod omnis actiō producat per se terminum, quod falsum est: quod sic deducimus. Differentia enim quæ per se conuenit speciebus oppositis, conuenit etiam generi; sed producere per se terminum conuenit actiōi transcuntī, & conuenit intellectiōi, quæ est actiō immanens; ergo conuenit per se actiōi in genere; ergo omnis actiō producit per se terminum, quod superius improbauimus.

9. Octauum.

Aristot.

S. Thom.

1. exemplum.

Secundum.

Octauo probatur, quod necesse sit verbum cognosci, vt in illo res cognoscatur, cui sententiæ contrariam posuimus. Nam auctore Aristotele libro de memoria, & remiſcentia, idem motus est in imaginem, & rem imaginatam; ergo eadem intellectiō tendit in verbum, & rem in verbo repræsentatam. Et S. Thom. opusc. 1. & de Veritate q. 4. art. 1. comparat verbum speculo, in quo cernimus rem aspiciendo ipsum speculum. Et idē sentit speciem impressam speculo cerni à nobis, & eam comparat luci, quam non videmus per speciem, sed per se ipsam, vt Doctor Sanctus docet de Veritate q. 8. artic. 3. ad 17. & in 2. dist. 23. q. 2. artic. 1. Et 1. p. quæst. 56. artic. 3. ergo eodem modo verbum per se ipsum vide-

atur, & in verbo res alia. Gregor. etiam in 1. d. 3. art. 1. conclus. 2. & 4. multa commemorat ex S. August. & Cōmentatore. Deinde confirmatur ratione, quoniam terminū terminare omninò necesse est, sed verbum est terminus intellectiōis; ergo necesse est vt ipsam terminet; sed terminare intellectiōem est intelligi, neque potest fingi alia ratio terminandi; ergo necesse est verbum intelligi per eā intellectiōem, qua producit. Confirmatur adhuc, quia impossibile est vt re in verbo intelligamus, & non intelligamus verbum.

Ultimò. Si verbum cognosci non est necesse vt in illo res cognoscatur, non est necessarium verbum ex parte obiecti; ergo neque ex parte termini; sed potius dicendum est totam similitudinem formę intelligibilis requiri ex parte principij, ita vt si species impressa sit imperfecta, producat prius ante intellectiōem alia similitudo perfectior, à qua oriatur intellectiō; per intellectiōem verò nulla similitudo producat.

Responsio.

Illis disputatis, quæ ad confutationem argumentorum necessaria erāt, fratim est nobis ad responsa properandum. Ad primum argumentum concedo antecedens, quod intellectus in actu primo per speciem impressam est formatus similitudine necessaria ad intelligendum ex parte potentiæ; sed ex parte termini est necessaria alia similitudo ad intelligendum, non vt causa intelligendi, sed vt terminus.

Ad secundum concedo antecedens, quod intellectus secundum essentiam non est similis rebus intelligibilibus: sed negatur consequentia, quod tota similitudo verbi referenda sit ad speciem; neque enim oritur illa similitudo ab alia actuali similitudine, species enim impressa non est actualis similitudo; sed oritur à principio assimilandi, quod est intellectus, & species impressa simul, imò etiam ab intellectu agente nobilissimo; & hoc principium totum est quid perfectius, quam verbum & est causa æquiuoca verbi, vtpotè continens in sua virtute plura alia verba, & actiones specie distinctas. Ad confirmationem negatur consequentia, quod verbum

Gregor. ex S. Aug. & Cōmēt. Ratio confirmans.

Confirmatio.

10. Ultimū.

11.

Ad 1. argum. Verbum non est causa intelligendi, sed terminus.

12. Ad 2. argum.

Similitudo verbi, vtpotè actualis, oritur à principio assimilandi quod est intellectus & species impressa simul, ac proinde à causa æquiuoca. Ad confirm.

Z ex

ex verbo oriatur, sicut oritur ex specie; tum quia verbum non est principium intelligendi, sed terminus: tum etiam quia verbum non est necessarium, ubi antecedit actualis similitudo; quare potius colligitur oppositum, scilicet quod ex verbo, quod est actualis similitudo, non oriatur aliud verbum.

13.

Ad 3. argum.
Ad 1. partē antecedentis.
Respond. 1.

Species impressa mouens cognitionem potest simul terminare cognitione reflexa, ut obiectum, non vt productum.

Respond. 2.

Ad 2. partem antecedentis.

Respond. 1.

Species impressa mouens sensum externum non potest esse terminus. Imò nec impressa intelligibilis potest esse terminus in quo ipsa actio tendat in obiectum.

Species in aere existentem fortè nihil prohibet simul mouere, & quodammodo terminare.

Respond. 2.

De specie impressa sensui externo idè non est incredibile.

De intelligibili dispar ratio.

Ad tertium concedimus antecedens, quod idem obiectum moueat, & terminet; obiectum enim non est res producta per actionem, & potest antecedere mouendo illam, & simul terminare actionem. Et eodem sensu concedo consequentiam, quod species impressa potest mouere, & terminare simul cognitione reflexa, qua ipsa species cognoscatur; nihil enim prohibet idem esse mouens & terminans vt obiectum; sed quod species mouens sit terminus per actionem productus, est impossibile; esset enim causa efficiens sui ipsius. Præterea vbi necesse est produci similitudinem actualem vt terminum, cum species impressa, quæ mouet, non sit actualis similitudo; non potest eadem esse terminus. Ad alteram partem antecedentis, quod sensu externo aspiciamus res per medias species impressas: respondemus duobus modis. Primò negamus antecedens, esset enim reflexio sensus ad se, si vteretur specie impressa, quæ est principium operationis, vt termino; in sensu autem nulla est reflexio: imò in intellectu qui in se ipsum reflectitur, videtur contrarium esse rationi actionis, vt principium illius sit terminus, in quo ipsa actio tendat in obiectum; species verò quæ non est sensui impressa, sed in medio spatio, & in aere, nihil fortè prohibet quin simul moueat & quodammodo terminet, vt diximus. De specie ergo impressa negamus quod eadem sit principium & terminus quo vtimur in obiectum tendentes; quia esset reflexio actionis super se ipsam, quod est impossibile. Secundo modo respondemus concedendo speciem impressam sensui externo esse principium, & terminum operationis: quod non est incredibile, vt antea diximus. Sed tamen in sensu species impressa est actualis similitudo, & non est alia necessaria; in intellectu verò species impressa non est actualis similitudo, quam in verbo ponimus; & idcirco est verbum ne-

cessarium, quod est actualis similitudo.

Ad quartum negamus ingenuè antecedens, quod intellectio sit similitudo, imò est actio agentis secundum similitudinem, ita vt similitudo necessaria sit intelligenti, vel antecedens vel consequens. Ad confirmationem respondetur concedendo maiorem propositionem, quod melius intelligitur res absque medio; si tamen absque medio possit intelligi. Si ergo species impressa sit actualis, & distincta, non est ponendum verbum inter potentiam, & obiectum, quia potius obstaret, quam iuuaret intelligentem. Cum verò ea species est per modum habitus, ponimus verbum, quod est actualis similitudo, necessitate quadam actualis similitudinis, vt in illo res intelligatur. Quo etiam argumento sanè probatur in Deo non esse verbum essenziale, quia verbum est medium inter potentiam, & obiectum, atque adeò Deus intelligeret per medium. Verbum autem quod est diuina persona, non ponitur ad intelligendum quasi medium intellectionis, sed dūtaxat propter fecunditatem naturæ, vt diximus; quare præclariùs de Beatorum visione philosophantur, qui aiunt eos absque verbo, hoc est, absque medio Deitatem intueri.

Ad quintum respondetur explicando maiorem propositionem, quod verbum ponatur ad compensandam rei præsentiam; non enim est sensus, verbum poni ad hoc vt rem absentem intelligamus præsentem; sed quia res præsens per se ipsam potest cognosci, cum abest non potest per se cognosci, & cognoscitur per verbum quasi substitutum loco eius; & tamen per ipsum verbum cognoscimus absentem, vt absens est. Ad confirmationem respondetur concedendo, quod noticia abstractiua potest esse tam perfecta sicut intuitiua, vt patet in angelis, qui essentias rerum quæ absunt, ita perfectè comprehendunt vt præsentia, quæ intuentur. Sed negatur consequentia, quod sicut ad intuitiuam non est necessarium aliquando verbum, ita neque ad abstractiuam: non enim ponimus verbum vt noticia sit magis perfecta, sed vt obiectum coniungatur cum potentia. Quare in Deo Optimo qui intelligit omnia per suam essentiam

14.

Ad 4. Intellectio nõ est similitudo sed actio agentis secundum similitudinē.

Ad confirm.

Melius intelligitur res absq; medio, si absq; medio possit intelligi.

Colligitur. 1. nõ esse in Deo verbum essenziale.

Colligitur. 2. Beatorum visionem perfectiorē esse absque verbo.

15.

Ad 5.

Per verbum vt per substitutum res absens cognoscitur, vt absens est.

Ad 1. confirm. Notitia abstractiua potest esse tam perfecta sicut intuitiua, vt patet in angelis.

In illa necessario est verbum vt obiectum coniungatur cum potentia.

In Deo adne-
tra cognitio-
nem est neces-
sarium.

Ad 2. confirm.

16.

Ad 6.

Terminus est
necessarius ad
actionem non
transeuntem,
sed immanen-
tem tanquam
ad finem, ut per
eum terminum
tendat in ob-
iectum.

Obiect.

Respon.
Potentia & ac-
tio immanens
non transeun-
do extra se te-
dit metapho-
ricè in termi-
num productum,
& obiectum; &
ita attingit ob-
iectum in illo
termino me-
dio.

Ad confirm.
Intellectio, &
intelligere rem
per verbum pri-
oritate nature
antecedit ver-
bum.

Non sic ante-
cedit intelligi,
seu rem intel-
lectam inver-
bo.

fentiam, neque ad intuitiuam notitiam,
quæ dicitur scientia visionis, neque ad
abstractiuam, quæ dicitur simplicis intel-
ligentiæ, ponimus verbum ut necessariū
ad intelligendum: sed tamē in intellectu
creato, quia res absentes intelliguntur
per species impressas, quibus non est
actualis similitudo, necessarium ibi est
verbum, quod est similitudo actualis. Ad
confirmationem secundam iam diximus,
verbum personale in Deo esse ex fecū-
ditate naturæ, non ex necessitate ad in-
telligendum.

Ad sextum concedimus verbum non
esse necessarium ad intellectiōem ne-
cessitate causæ, ut diximus, cum sit na-
tura posterius; benè tamen necessitate
termini. Ad id verò quod dicitur termi-
num non esse necessarium ad actionem,
conceditur de actione transeunte, sed
de immanente negatur; quia actio im-
manens, ut diximus, est finis termini pro-
ducti ad quem ille ordinatur: & ita est
necessarius ad actionem, ut actio per eū
terminum medium tendat in obiectum;
& hæc est utilitas, hic vsus termini pro-
ducti. Quòd si instes actionem imma-
nentem non peruenire ad illum termi-
num productum, cum sit res ab illo di-
stincta; & ita non tendere in obiectum
per illud medium. Antecedens con-
cedimus, & negamus consequentiam,
si tendere rectè intelligatur, quod me-
taphoricè hic accipitur, ut diximus;
eodem enim modo quo potentia actio-
ne immanente tendit in obiectum, ten-
dit in terminum productum non trans-
eundo extra se, sed attingendo obiectum
in illo medio. Ad confirmationē respō-
detur verum esse quod assumitur, quòd
intelligere nullo modo est effectus ver-
bi, sed solius intellectiōis, & quòd in-
tellectio & intelligere antecedit verbum.
Deinde concedo illud etiā quod est ve-
rissimū, In illa antecedentiā reali, qua in-
tellectio naturā præit verbum, intelligo rem;
me enim intelligere est effectus forma-
lis intellectiōis, & totum hoc antecedit
verbum. Cum verò proceditur, & in illa
antecedentiā, qua intelligo rem, non in-
telligo rem in verbo; negatur minor pro-
positio, siquidem agimus de reali ante-
cedentiā: nam intelligere non antecedit
naturā rem intellectam; intelligi enim
nō est effectus, sed relatio rationis; qua-
rè intelligi in verbo non significat ver-

Abum esse effectum, sed significat esse ter-
minum, in quo res intelligitur; rem autē
intelligi in termino, siue in verbo est re-
latio rationis, & nulla antecedentiā rea-
lis ibi est, ita ut verbum antecedit, nisi
sola prioritate rationis. Et quia intelli-
gens, & res intellecta sunt simul cogni-
tione, quia sunt relata, in quacunque an-
tecedentiā sum intelligens, sum intelli-
gens rem intellectam. Ita etiam cum in-
telligo rem per verbum, in quacunque
antecedentiā intelligo rem, intelligo rem
per verbum; & non est consequens ut
verbum existat in illa antecedentiā. Ex-
emplum est in iustificatione impij, ubi
Bdilectio Dei est causa iustitiæ, & antecedit
iustitiā infusam in animum homi-
nis, in illa antecedentiā Deus diligit ius-
tum, neque enim impiū diligit; & tamen
in illa antecedentiā non existit iustus: si-
militer igitur in illa antecedentiā intel-
ligo rem in verbo, producendo verbum,
quod in illa antecedentiā non existit. Et
similiter conceditur, quòd angelus per
intellectiōem qua producit verbum in-
telligit ipsum, quia illa antecedentiā na-
turæ est sola causalitas, cum aliàs simul
existat intellectio & verbum; causalitas
autem non prohibet, quin per eandem
actionem qua verbum producit, intel-
ligatur.

C Potest ad hæc adijci quòd cum per
actionem producit aliquid pertinens
ad rationem obiecti, id quod produci-
tur nostro intelligendi modo antecedit
actionem prioritate rationis, & ita con-
sideramus actionem illam ut est produ-
ctio, & ut est tensio in obiectum, verbi
gratia, Dei dilectio ut causa iustitiæ, an-
tecedit iustum; sed iustus ut obiectum
diuinæ dilectionis, duntaxat nostro mo-
do intelligendi antecedit dilectionem,
ut dilectio est viri iusti. Et ita de intel-
lectione, & verbo possumus cum alijs
Dphilosophari, quòd ut est productio an-
tecedit verbum; sed ut est intellectio
rei in verbo, nostro intelligendi modo
duntaxat verbum antecedit intellectio-
nem. Antecedentiā verò reali, & quæ ex
causalitate pensatur, intellectio omni-
bus modis antecedit, sicut dilectio Dei
iustitiā in homine.

Ad septimum respondetur, nonnun-
quam vniuersaliter dici, quod ut pluri-
mum accidit. Et quia omnis intellectio,
nisi sit perfecta intuitio rei præsentis, est

Intelligi non
est effectus, sed
est terminus,
id est, relatio
rationis, simi-
literque intel-
ligi in verbo,
siue in termi-
no.

In quacunque
antecedentiā
intelligo rem,
intelligo rem
per verbum, &
non est conse-
quens ut ver-
bum existat
in illa antece-
dentiā.

Exemplum
in dilectione
iusti diuina
causante iustū
Similiter de
angeli intelle-
ctione, & ver-
bo philoso-
phandum.

17.
Cū per actio-
nem produci-
tur aliquid per-
tinens ad ratio-
nē obiecti, id
quod produci-
tur, antecedit
actionem prio-
ritate dunta-
xat rationis.
Exemplum
idem.

Intellectio ut
productio, &
ut tensio in ob-
iectum, seu in
tellectio rei in
verbo.

18.

Ad 7.
Nonnunquam
vniuersaliter
dicitur quòd
ut plurimum
accidit.

verbi productio, dicitur absolute quod per omnem intellectionem verbum produ-
 citur. Sed neque S. Thomas hoc his
 verbis affirmat, sed ait quemcunque in-
 telligentem verbum producere, quod
 est verissimum: quicumque enim intel-
 ligit, producit verbum, sed non perpe-
 tuo & necessario. Quam quaestionem cum
 S. Thomas non tractauerit, non est cre-
 dendus tulisse de ea sententiam istis ver-
 bis. Quod autem ait hoc ipso quod in-
 telligit, verbum producere, & nos con-
 cedimus; nam ut plurimum intellectione
 qua utimur, ex propria ratione illius
 producimus verbum; sed non negat S.
 Thom. posse accidere ut sit aliqua intel-
 lectio alterius speciei, qua non sit verbi
 productio, ut de beatis necessario est di-
 cendum. At vero q. 4. de Veritate non
 ait de omni intellectione verbum pro-
 cedere, sed omne verbum de intellectione,
 ut & nos sentimus. Nam eo loco S.
 Doctor vult ostendere verbum non esse
 essenziale in Deo, quia id quod est essen-
 tiale in Deo, non procedit ab alio; ver-
 bum autem quodcumque procedit ab in-
 tellectione; quare non affirmat per om-
 nem intellectionem verbum procedere,
 sed omne verbum ab intellectione pro-
 cedere. Ad argumentum concedimus
 antecedens; quod non per omnem in-
 tellectionem producat verbum; sed
 negatur consequentia; quod productio
 verbi accidat intellectioni, nisi forte eo
 loquendi more, quo dicimus accidere ani-
 manti ut sit homo; quia non omne ani-
 mal est homo. Ea igitur species intel-
 lectionis, qua est productio verbi, essen-
 tialiter, & necessario id sibi vendicat, ut di-
 ximus. Ad id vero quo instatur, conse-
 qui ut per omnem actionem produca-
 tur terminus, negamus consequentiam;
 & ad probationem iam antea respondi-
 mus species oppositas posse conuenire
 non solum in uniuoco genere, sed etiam
 in aliquo analogo.

Ad 1. loc. &c.
S. Thom.

Ad 4.

Ad rationem.

Quo pacto di-
ci possit pro-
ductio verbi
accidere intel-
lectioni.

Species oppo-
sita possunt
conuenire in
analogo.

Ad 8.

Aristoteles
explicatur pri-
mo.

Ad octauum similiter pro tuenda asser-
 tione, quod in cognitione rei non cognos-
 catur a nobis verbum. Respondendum est, &
 ante alia interpretandus Aristoteles, dum
 ait esse eundem motum ad imaginem, & rem
 in imagine: illud enim verissimum est, ubi-
 cumque est motus in imaginem, ut in rem
 cognitam; quasi dicat ea cognitione qua
 cognoscitur imago, cognosci rem in ima-
 gine representata; sed non affirmat Ari-

stoteles eundem esse motum in rem, & imagi-
 nem, quasi necesse sit cognosci rem in ima-
 gine, quod falsum est. Praterquam nos con-
 cedimus eundem esse motum intelligentiae in
 verbum, & rem intellectam; sed ad hoc, ut per
 verbum feratur in rem ipsam, non est necesse
 ut intelligatur verbum; quauis enim intel-
 lectio feratur in imaginem intelligibilem,
 quae est verbum, suo modo, quatenus in illa
 rem intelligimus; ista tamen imago, eodum
 est forma ipsius intelligentis, habet hoc
 proprium sibi, ut res in illa intelligatur, et-
 si imago ipsa non intelligatur, ut declara-
 tum est, ad eum modum quo utimur etiam
 specie impressa non speculando illam. De
 exemplis vero appositis a S. Thom. non
 opus est anxios nos esse, cum non sit neces-
 saria similitudo in omnibus: verbum autem
 dicit simile speculo, forte quia speculum
 est medium cognitionis, quasi rei absentes;
 quia cernimus in speculo, quae oculis non
 cernimus. Similiter lux est medium visibi-
 le qua cernimus res alias, & habet se lux
 non solum ex parte potentiae mouendo illam,
 sed ex parte obiecti terminando; & ita est
 quasi terminus in quo res cernimus, in
 quo imitatur verbum: in hoc vero quod
 speculum & lucem intuemur, haec non sunt
 similia verbo, quod non intuemur. Quae
 vero affert Gregorius ex S. Aug. & Com-
 ment. nihil faciunt ad rem; nam hoc solum
 affirmat, quod intelligens apud se con-
 cipiat in mente quandam rei similitudinem
 in qua rem perspicit; quod nos minime ne-
 gamus. Illa autem verba S. Aug. 8. de Tri-
 nit. c. 6. & similia interpretanda sunt. Id,
 inquit, quod animo cerno dum voce pro-
 fero, Carthago, id in memoria est verbum
 eius, significat enim quod ipsa Carthago,
 quam animo contemplan, in ipso animo
 & intellectu est verbum eo loquendi mo-
 do, quo S. Thom. dixit verbum esse rem
 intellectam. Ad argumentum responde-
 tur concedendo maiorem propositionem,
 quod terminum actionis necesse est ter-
 minare illam; sed negatur minor, quod
 verbum terminare sit intelligi: verbum
 enim terminat intellectionem per hoc
 duntaxat, quia in illo rem intelligimus.
 Ad confirmationem responderetur rem
 non posse intelligi in aliquo medio non
 cognito ipso medio, si medium illud in-
 telligibile sit extra intellectum. At nos
 ponimus verbum ut medium intelli-
 gibile in ipso intellectu, quo formaliter
 terminatur, et si non cognoscat suum ter-
 minum.

Secundo.

Ad exempla
S. Thom.

In quo simi-
lia verbo.

1. speculi.
2. lucis.

In quo dissi-
milia.

Ad Gregor.
ex S. Aug.
& Commet.

S. August.

Explicatur.

Ad rationem.

Verbum ter-
minare est in
illo rem intel-
ligi.

Ad confirm.
Medium intel-
ligibile non ne-
cessario cog-
noscitur, si sit
in ipso intelle-
ctu.